
Fructus Medicinæ.







Pildoras Cefalicas de Lullez

Es de

D.r D. Pedro Joseph de Aldazaval y

Anzguia Vicario de Deva

FRUCTUS
MEDICINÆ
EX VARIIS GALENI
LOCIS DECERPTI.

AUCTORE,

JOANNE CAROLO AMATO,
Moniſtrolenſi , Doctore Medico
Montiſſerrati.

EDITIO SEXTA AUCTIOR.

Innumeriſque locis correctior. Cui acceſſerunt Aphoriſmorum Sectiones octo, cum methodo , qua Aphoriſmi in certum ordinem digeſti , & acuratè diſpoſiti exhibentur.

Con la Tarifa , y Precios de las Medicinas.

VALENTIÆ.

Typ. Hæred. BENEDICTI MACE, juxta Reg. Colleg. C. C. Anno M.DC.XCIII.
A coſta de Claudio Macè , Mercader de Libros , enfrente de la Diputacion.

SANCTISSIMÆ
CÆLI DOMINÆ
CASTISSIMÆ, AC PURISSIMÆ
ANGELORUM HOMINUMQUE
IMPERATRICI,
BEATÆ MARIÆ
DE LA CONCEPCION.
HISPANIARUM
POTENTISSIMÆ
ADJUTRICI.

JOANNES CAROLUS AMATUS
D.M.D.O.C.Q.

FRUCTUS nostros hosce Medicos, candide Lector, & ex illustrissimo non minus quam totius orbis terrarum fertilissimo illo Musarum omnigenarum Apollinisque insignis Aragoniæ Coronæ Valentinæ Civitatis pomario, solo Galeni doctrina dicato, ingenioli nostri digitis decerpsimus, illosque tibi, tuisque commodis, atque universæ rei medicæ proficuis usibus offerendos judicavimus. Non quidem, ut illorum suavitatibus bellaria Serenum, vel verborum illecebras tibi proponeremus (hoc enim illorum est, qui nimia dulcedine verborum ac sententiarum scripta sua medica condire, vel nescio quo elegantiæ putativæ philtro gravissima quandoque ingenia fascinare nihil sibi piaculi dicunt) sed potius ut cera. Ulyssæa aures tuas his cantibus obturantes, reseratis illis lynceis oculis ad solida veritatis portum duceremus collectaneàque hæc talia tuis oculis exhiberemus, ut externa symmetria internam bonitatem commendare, tuque exinde sensus tuos, & externos, & internos oblectare posses. Hoc verò ut consequeret, scire te velim me ex prædictæ. Academiæ fertilissimus, jucundissimisque, ac totam mediorum utriusque, peripheriæ regionem mirificè decorantibus campis non sine oblectatione, ac Phœbæa quadam cupiditate industriæ, tum theorias, tum praxeos indefessis alis hos fructus selectos collegisse in unum alveat contulisse, ac liquore subtilitatis, ingeniique dexteritatis præclarissimorum virorum de re medica divinitus meritorum DD. Joannis Placæ, Josephi Reguardi, Jacobi Sagarra, & Vincentii Salat irrorasse, atque omnia illa ad tuam mel-


mellitam suavitatem redacta favi loco tibi nunc exhibere. Tui officii erit gustu percepto adversum Zoili amaros dentes hunc favum à corruptione præservare, meque campos latissimos medicinæ pervolantem, ac suaviora colligentem cultura tui quoque genii, & ingenii horruli adjuvare, atqae hæc medica æqui bonique consulere. Vale.

AD EUMDEM.

EN Denuo Fructus hi Medicinæ tersiores, nitidioresque prodeunt. Quos lector amice, cum sub fatorum fœlici hactenus homine benevole acceperis licet impolitiori cortice vestitos: nunc novo styli sapore conditi, innumerisque salebris per purgati, palato magis arridebunt. Debebatur certè huic opellæ, quam vitali aura genioque Æsculapius, & Hygicia afflaverunt, hæc succedanea cura, qua egretium aliquin soli dumque corpus partibus omnibus compleretur. Eo autem ut cum securitate oblecteris, paucis temonitum volo circa medicamentorum purgantium, compositorum præsertim doses: quas noster Author tum fortiores, cum interse se discrepantes proponit: ut videre est in elect. v.g. de succoras, & sem. chartam. fol. 113. & 226. 227. Diaphœnic. item, & diaprun. solve. &c. fol. 248. sive id Typographorum errore contigerit, sive ex Authoris mentè. Quod maximè ambiguum est, utpote cum ex prima editione simplicium medicamentorum purgantium doses parcissimæ fuissent. Cum diacridii, v.g. summam dosim v. grana, senę drach. j. statuisset. Religioni duxi eas multoties inculcatas, tum ex schemate, tum in formulis, penitus immutare. Satius

cius purati motum tibi hunc à nobis ſcrupulum, liminaribus his paginis eximere. Cum itaque electuaria quantitate multo majori, quam cæteri Medicinę, & ſcriptores, & artifices, noſter Author præſcribat: advertas velim diorifmos ad purgantium practicam tecmarſin, & doſin inſtituendam neceſſario. 1. Sciendum corpora purganda in multiplici diſcrimine conſtitui. Alia enim ſunt imbecilla, ut puerorum, ſenum gravidarum. Alia robuſta, & humoribus difficile mobilibus, qualia gigantum, & melancholicorum. 2. Conſtituendum eſſe corpus aliquod medium, veluti regulam cæterorum. 3. Penſandam diacrydii aliorumq; violentorum purgantium in qualibet doſi quantitatem, non neglecta ratione utrum reliqua adjuncta, materia adſtringente, vel ſecus conſtent. 4. Compoſitiones vere, & radicalitèr purgantes, quas ſcilicet diacrydium colocynthiſvè ingrediuntur, triplici gradu diſtingui. Sunt enim vehementiſsimę, mediocres, & mitiores- Vehementiſsime, ut Cario coſtinum à drachm. j. & ſem. ad drach. iij. pręſcribi conſueverunt. Mediocres, ut Elect. deſucco roſ. Meſ. & diap. ſolut. Nic. à drach. ij. ad unc. ſem. Mitiores, ut diaphœnic. diacartham. & conf. hamech. à drach. iij. ad dr. vj. His poſitis facile erit unumquemque ſua doſi (præeuntibus indicationibus,& circunſtantijs) quaſi juſto æqualique calopio dimetiri.

DIS-



DISPUTATIO DE INDICATIONIBUS.



ALENUS *lib. de Sectis, & lib. ad Trasyb.* docet, antiquorum Medicorum tres fuisse sectas, Empiricam, scilicet Methodicam, & Rationalem, quę tres sectæ affinitatem, & communitatem inter se se habent: Conveniunt sanè tribus modis. Primo, quia omnes earum sectatores artem medicam professi sunt. Secundo, quia omnes eandem rem pro scopo habuerunt, scilicet, sanitatem. Tertiò, quia omnes artem medicam collectionem pręceptorum appellarunt. Cæterum, quamvis his tribus nominibus communicent inter se se maximè distant, nam Empirica Artem medicam experientia, & ob-

ſervatione ſibi comparavit, Methodica ex rei natura, & communicate invenit, & Rationalis via, & methodo rationalis inveſtigavit, omnibus particularibus communia.

Ex his autem ſectis Empirica, & Methodica ſunt contemnendæ. Rationalis verò amplectenda, quæ arte, & methodo docet omnibus particularibus communia. Methodicè vero rem aliquam tractare, ex adverſo opponitur ei, quod temerè, & fortuna invenitur: eſt enim methodo aliquid tractare, cum via quadam, & ordine rem tradere, ita ut in diſquiſitione aliud ſit primum, aliud ſecundum, aliud tertium, & aliud quartum, &c. quo uſque ad ipſum, quod eſt ab inditio propoſitum, peruentum ſit, ut Galen. 1. *meth. cap.* 4. docet. Hæc enim rationalis methodus medendi per Indicationes fit: quicquid enim ab experientia ſeparatum, & ſe junctum eſt, id totum Indicatio vocatur: quando quiſquam voluerit ad unguem methodum medendi rationalem conficere, a primis Indicationibus incipiat, deinde ad alias ordine perveniat, neque deſiſtat, donec finis ſit compos, ut Gal. 2. *meth. cap.* 7. demonſtrat.

Quare ut methodus hæc medendi rationalis intelligatur perfecta debet eſſe Indicatio, & proinde brevem quandam diſpoſitionem In-

di-

dicationum trademus, quam tractationem ab illius diffinitione incipiemus, ut intelligatur id, de quo est nobis disputandum.

DE INDICATIONIS diffinitione.

INdicatio est rei agendæ insinuativo, ut Galen. 2.*meth.cap.*7. & 3.*meth.cap.*1. docet. nam ipsa indicatio veluti indice nobis demonstrat, quid agendum sit: quæ diffinitio tantum est nominis seu notionis, ut 2, *meth. cap.* 7. docet Galenus: diffinitio vero rei traditur à Gal. *lib. ad Trasyb. cap.* 11. dicente: Indicatio est comprehensio rei juvantis, simul cum comprehensione nocentis, citra experientiam, & observationem; Indicatio enim facit, ut comprehensa re juvante in morbis curandis, illico comprehendamus rem nocentem, ut si morbus sit calidus, indicatione comprehendimus frigidis curari, calidis verò noceri; id verò comprehendimus non experientia, & observatione, neque ratiocinio aliquo, sed ex rei natura.

Altomarius 8. *lib. de feb.med.par.*1, *cap.*23, explicans definitionem Indicationis à Gal. traditam *lib. ad Trasyb.* ait per rem juvante

debere nos intelligere materiam juvantem; qua curantur morbi; per nocentem vero: non materiam nocentem, qua læduntur ægri, sed affectum præter naturam. Quia in re deceptus fuit, nam Indicatio, ut diximus ex Gal. 2. *meth. c.* 7. & 2. *meth. c.* 1. est insinuatio rei agendæ, effectus verò præter naturam non est res agenda in curatione morborum: ergo per nocentem non debemus non intelligere affectum præter naturam, sed materiam ægrum lædentem. Præterea si Indicatio est comprehentio rei juvantis, & materiæ quoque, necessariò ergo per nocentem, materiam debemus intelligere nocentem, & non affectum præter naturam, nam contrariorum eadem est ratio, & disciplina.

DE DIVISIONE INDICationis.

INdicatio in universum duplex est, alia curatrix, alia non curatrix. Quā divisionem tradit 9. *meth. cap.* 13. Indicatio non curatrix est ex qua non deliberamus de remadio, neque de illius scopo, quæ à viribus tantum sumitur quæ per se tantum indicant sui conservationem, & custodiam, quamvis ex accidenti faciant ad curationem: multoties enim

enim cogitur in administratione alicujus remedii viribus prostratis eas corroborare, ut Gal. loco citato demostrat.

Vires autem nostrum corpus gubernantes in triplici sunt differentiæ: alię enim sunt animales, aliæ vitales, & aliæ naturales, ut Gal. 7. *de placitis*, & 9. *meth. cap.* 10. docet: ait enim has vires servare nihil aliud esse quam vitam custodire, ut Gal. loco citato docet, & proinde docet maximam esse dignitatem virium. Animalis enim vis, & facultas sedem habet in cerebro, quę sensu, & motu voluntario cognoscitur: vitalis verò in corde, quæ pulsu dignoscitur, naturalis verò, quamvis in omnibus partibus reperiatur, potissimum tamen in hepate posita est, quę ex concoctionibus dignoscitur.

Ex his tamen viribus vitalis dignior, & præstantior est, animalis vera maximi est momenti in ægrotis, propter respirationem, quæ à facultate animali dependet, ut Galen. 7. *meth. cap. ult.* docet. Naturalis verò non est tanti momenti, quamvis debeat esse robusta in venis, ut humorem noxium in illis existentem concoquere possit illumque superare.

Vires autē in triplici substātię nostri corporis collocantur: solida, carnosa, & spirituosa

labuntur autem vires, ait Gal. 9. *meth.* 13. duobus modis: vel dissipata substantia earum partium, in qua positæ sunt, aut alteratione, alteratio vero partium vel contingit à tota substantia, vel à qualitate aliqua manifesta: si enim vires labantur dissipata substantia alimento restauranda est, siquidem substantia solida cibo restauratur, humida potu, spirituosa in spiratione, & tractu arteriarum, ut 1. *sanit. tuend. cap.* 1. Gal. docet.

Quare decipiuntur multi Medici, qui in quovis virium lapsu præscribunt cardiaca medicamenta, vulgò cordialia. Si enim vires labuntur alteratione à tota substantia, ut tempore pestis, & venenis sumptis, à tota substantia nostræ naturæ contrarijs, convenit alexipharmaca medicamenta à tota substantia agentia exhibere, & propinare, & non erit necessarius usus cardiacorum sive cordialium: si autem vires labantur à manifesta qualitate, ut à calidus, frigidis, &c. à contraria qualitate sunt corrigendæ. Et hæc de Indicatione non curatrice.

Indicativo verò curatrix ea est, ex qua deliberamus de remedio, vel de aliquo illius scopo; hæc autem triplex est. Prima sumitur à morbo. Secunda à natura. Tertia verò ab ambiente, quam divisionem tradit Gal. 9. *meth. cap.* 14.

Verum dices; Indicationem curatricem non esse triplicem, sed duplicem tantùm, quia Indicatio, quæ ab ambiente desumitur potest revocari ad Indicationem petitam à causa: quoniam aër ambiens, si est contrarius morbo, inter causas juvantes connumeratur; si verò morbum juvat, illique similis est, inter causas insalubres, & nocentes connumerandus erit. Ergo Indicatio, quæ sumitur ab aëre ambiente referri debet ad Indicationem petitam à causa, ergo tantùm duplex est Indicatio curatrix, & non triplex.

Respondemus, verum esse, Indicationem ab ambiente desumptam, reduci posse ad Indicationem desumptam à causa, verum clarioris doctrinæ gratia, hanc Indicationem ad ambiente desumptam, ab illa separavit: & ita docet tres esse differentias Indicationis curatricis.

Prima ergo Indicatio curatrix à morbo sumitur, quæ quidem in tot dividitur differentias, quot sunt morborum species. Ad hanc Indicationem à morbo petitam revocatur Indicatio desumpta à vi, & magnitudine morbi, nam vis, & magnitudo morbi indicantur ex Hipp. 1. *Aph. sect. 6.* ubi docet extremis morbis extrema remedia esse adhiben-

benda, illa namque extremitas, & magnitudo morbi indicant, extrema remedia esse à Medico præscribenda, ea ratione qua demonstravit Gal. ex Hipp. 4. *meth.* *cap.* 6. Ad hanc etiam indicationem à morbo desumptam revocatur Indicatio petita à causa: quæ quidem duplex est, interna, & externa: interna in humoribus, spiritibus, & partibus solidis posita est quæ cum perpetuò præsens sit, perpetuo indicat sui ablationem, quę multis modis auferri solet, sanguinis scil. missione, purgatione per quamvis partem factam, clysteribus, cucurbitulis, frictionibus, exercitatione, & balneo: externa verò causa multiplex esse solet, quæ si præsens sit, indicat sui remotionem, ut si sagitta sit inflixa, indicat sui separationem.

Verùm obijcies: *lib. ad Trasyb.* docuit ab evidentibus nō sumi Indicationem, sed causę externæ sunt evidentes ergo, &c. & Gal. eod. lib. dixit Indicationes à causis evidentibus non esse, imò causæ ut causæ sensibus abditæ sunt, & occultæ, ergo causæ externæ præsentes quatenus causæ sunt, evidentes non sunt ab illisque sumitur Indicatio, ut causę externę tales sint, ut ensis gladius, &c. tuncque ab illis non sumitur Indicatio. Respondeo, si causa externa non sit præsens, nihil-

hil indicat; ut ſi aliquis ſit percuſſus lapide, lapidis nihil indicat: quia cum præſens non ſit, nihil indicat. Verum quamvis cauſa externa non præſens non indicet, nihilominus tamen conducit ad cognoſcendum affectum factum. Hæc verò Indicatio, quæ ſumitur à cauſa tam externa, quàm interna, curatrix, non eſt, ſed præſervatrix, ad curationem vero refert: quia eijſdem præſervamus remedijs quibus curamus: ad hanc autem Indicationẽ à morbo deſumptam revocatur indicatio, quæ ſumitur à ſymptomate. Sed dicet aliquis, à ſymptomate non ſumi Judicationem curatricem, quia ſimul cum morbo auferuntur ſymptomata. Reſpondeo, ſymptomata quatenus ſymptomata ſunt, nihil indicare, nam ſublatis morbis, quos ſequuntur auferuntur. Si verò ſymptomata habeant rationem cauſæ, augeantque affectum, vel labefactant vires, tunc ab illis Indicatio curatrix ſumitur, indicantque eo tempore ſui remotionem, ut Gal. 12. *meth. cap.* 1. docet quod exemplis manifeſtum fiet. Habeat aliquis in aliqua parte corporis vehementem dolorem, ille dolor quamvis ſymptoma ſit, ſedandus eſt, quia tunc auget affectum, tum etiam quia labefactat vires, quas diſsipat immodica evaquatione, quæ ſymptoma eſt in excretis, verùm quoniam labefa-

ctat

ctat vires corrigenda est: immodica etiam vigilia, etiam si symptoma sit, corrigenda est, somnus quoque vires prosternit, quod Gal. 12. *meth.* docet; quam obrem hæc symptomata quę augent affectum: & labefactant vires, sunt admodum corrigenda.

Secunda indicatio curatrix sumitur à natura, quæ quidem duplex est, alia communis, alia propria; Communis est qua conveniunt omnes homines inter se, scil. natura, quæ maximam habet latitudinem, nam possumus intelligere nomine naturæ communis communem illam naturam, in qua conveniunt omnes homines ejusdem temperamenti, ut natura biliosorum, pituitosorum, &c. Propria natura est proprium cujusque temperamentum. Hæc sane propria natura maximè cognoscenda est a Medico, ut Gal. 1. *à Glau. c.* 1. docet, quoniam ex propria natura metimur lapsum, & ex lapso quantitatem remedij, & ideo idem Gal. 3. *meth. cap.* 7. demonstrat illum esse optimum Medicum in curandis morbis, qui methodum sibi comparavit cognoscendi propriam naturam. Hæc vero propria natura, vel est totius, vel partis: utramque vero debet Medicus cognoscere, ut Gal. 3. *meth. cap.* 7. *&* 9. docet Hæc vero propria natura non potest intra rationem,

cog-

cognoſci, ſed arteficioſa conjectura, ut Gal. 2. *meth. c.* 7. docet. Ut vero hęc propria natura ſive totius, ſive partis cognoſcatur, fecit Gal. duos libros de Temperamentis, & arte medica, quibus ſignis Medicus arteficioſa conjectura poteſt cognoſcere propriam naturam totius, quam à Medico cognoſcendam eſſe diximus, quemadmodum, & naturam partis.

Verùm obijcies, à natura non ſumi Indicationem curatricem, quia natura indicat ſui conſervationem, quemadmodum vires: ergo quemadmodum à viribus non ſummitur Indicatio curatrix, ita neque à natura.

Reſpondemus, quòd quamvis natura indicet ſui cuſtodiam, & conſervationem, nihilominus tamen ab ea ſumitur Indicatio curatrix, quoniam ex illa deliberamus de quantitate remedij, & ita à natura propria ſumitur Indicatio curatrix, & non à viribus, quoniam ab iſtis per ſe non deliberamus de remedio, neque de illius quantitate quemadmodum à natura: nam à propria natura metimur lapſum, & ex lapſo quantitatem remedij, vires vero indicat tantum ſui conſervationem, & cuſtodiam, ut dictum eſt.

Ad hanc Indicationem, quæ ſumitur à natu-

tu-

tura, refertur Indicatio, quæ ſumitur à conſuetudine, quia conſuetudo eſt quædam natura acquiſita (quamvis Valle ſius velit à conſuetudine non ſumi Indicationem curatricem) & Indicatioque ſumitur ab ætate, & à ſexu.

Tertio Indicatio curatrix ſumitur ab ambiente: ab illo namque ſumitur in arte medica Indicatio curatrix, nam velimus, nolimus aërem attrahimus, cum illo quo neceſſario verſamur.

Cæterum argumentum nititur demonſtrare adverſus Galenum, aërem ambientem non indicare.

Natura remediorum non indicat; ſed indicatur Sed aër ambiens eſt natura remedij.
Ergo aër ambiens, non indicat, ſed indicatur.

Reſpōdeo, diſtinguendo majorem dicens, materiam remediorum duplicem eſſe: aliam communem, aliam propriam, materia propria indicatur, & non indicat, communis verò materia remediorum, qualis eſt aër ambiens indicat neceſſario, nam ut ſuperius diximus, velimus, nolimus, aërem attrahimus, & continuo cum eo verſamur, corpuſque noſtrum ſemper alterat, & commutat, & proinde communis materia eſt dicendus, &

& ideo ab illo ſumitur Indicatio curatrix. Ad hanc indicationem deſumptam ab aëre ambiente refertur Indicatio, quæ ſumitur à regione, à cœli ſtatu, ab anni tempore, à quibus ſumitur Indicatio curatrix, quia ex his deliberamur de quantitate remedij; revocaturque hæc Indicatio, quæ ab alijs ſumitur ad Indicationem, quæ ſumitur ab ambiente..

Præterea Indicatio curatrix dividitur in primam ſeu præcipuam, & coindicationem prima à morbo ſumitur, ut Gal. 3. *meth. c.* 1. docet: quæ ſanè Indicatio à morbo petita tantum eſt prima, & ut ita dicam, carcet methodi medendi, quæ quidem methodus ex alijs Indicationibus perficitur: hæc enim Indicatio à morbo deſumpta, nota eſt plebeis hominibus, nam plebei norunt calidum morbum frigidis remedijs eſſe curandum, & contra.

Coindicatio eſt, quæ ſimul cum Indicatione indicat, ut eſt Indicatio, quæ ſumitur à viribus, à natura, à conſuetudine, ab ætate, à regione, à cœli, ſtatu, & à ſexu, & ab alijs quæ ſunt hujus generis, ut Galen. 13. *meth. cap.* 18. docet. Quare Indicatio ex Galen. loco citato comprehendit curatrices, & non curatrices Indicationes, comprehendit etiam Indicatio-

nem,

nem, quæ ſumitur à viribus, quæ Indicatio curatrix non eſt.

Rurſus Indicatio curatrix dividitur in propriam, & communem, Propria indicatio eſt, quæ ſumitur à re aliqua propria, ut eſt Indicatio, quæ ſumitur à propria natura, & quæ ſumitur à morbo peculiare, & à regione, & à proprio anni tempore, & ab alijs hujuſmodi. Hæ enim Indicationes proprię ſunt, quoniam non curat Medicus hominem in univerſum, ſed ſolum Joannem, Petrum, Franciſcum, &c. qui habent propriam, & peculiarem naturam, ut Galen. 3. *meth. c.* 7. & alijs in locis docet. Neque omnes morbi habent eandem naturam, neque in eadem regione, neque eodem anni tempore eveniunt proinde ab his omnibus ſumitur peculiaris Indicatio.

Communis verò Indicatio eſt, quæ ſumitur ab aliqua re communi, ut eſt Indicatio, quæ à morbis ſumitur in univerſum: nam omnes morbi habent communem Indicationem: ſcil. ſui ablationem, & omnes febres, quatenus febres communem etiam habent Indicationem, ſcil. refrigerationem: & quò communior erit res, eo communior ab ea petetur Indicatio, & proinde Indicatio, quæ ſumitur à morbo, communior erit ea quæ ſumitur à febre,

bre, quoniam morbi vis magis eſt communis quam febris. Qua autem ratione id, quod commune eſt, expendere conveniat, ex illa intelligemus quæ Galen. 2. *meth. cap.* 7. docet.

Cæterùm particularis Indicatio magis exceſſum demonſtrat quam naturalis: nam Medicus, ut diximus, non curat hominem in univerſum, ſed in particulari, hæ verò particulares utilius exercentur quam communes, quoniam propria remedia oſtendunt; quod Gal. 13. *meth. cap.* 12. oſtendit, docens diſtinctionem inter proprias, & communes Indicationes, aitque eo loco. Indicationes communes non minus utiles ſunt quam noxiæ, quod exemplo phlegmonis natæ in jecore demonſtrat Galen. quam rem eleganter, & copiosè multis exemplis ex varijs Galen. locis Colladus *in ſua iſagoge cap.* 10. demonſtrat.

Quarta diviſio eſt, qua divitur Indicatio in ſimplicem, & compoſitam, qua diviſione non ſolum divitur Indicatio curatrix, ſed Indicatio in univerſum, nam Indicatio, quæ ſumitur à viribus (quam non curatricem ſtatuimus) ſub hac diviſione complectitur: ergo Indicatio in univerſum vel eſt ſimplex vel compoſita, ſimplex eſt quæ ab una re tantùm ſimplici ſumitur, ut ea quæ ſumitur ab in-

intemperiè calida, nam quod unum eſt, unum indicat, unamque tantum habet Indicationem, niſi illud unum diverſam habeat naturam, nam tunc quamvis unum ſit, non habet unam, & ſimplicem Indicationem, ſed compoſitam. Quod exemplo bilis redundantis demonſtrat, Galen. *lib.ad Traſyb.cap.*4 nam illa quatenus acris eſt, & mordax indicat retuſionem mordacitatis, & acrimoniæ; quatenus verò multa, indicat evacuationem; quatenus verò calida, refrigerationem: ergo una & eadem res, habens diverſam naturam, compoſitam habebit Indicationem, quæ à duobus affectibus ſimul exiſtentibus, vel à pluribus ſumitur, ut eſt Indicatio quæ ſumitur à morbo calido, & ſicco, &c.Quam diviſionem tradebat Gal. 4. *meth. c.* 12.

Tandem compoſitæ Indicationes ſubdividuntur: nam vel ſunt concordes, vel contrariæ: concordes ſunt, quæ in unum conſentiunt, ut ſi Joannes natura frigidus ſit, ætate frigida, ambiente frigido, aſſuetus alimentis frigidis, &c. Febre corripiatur: tunc multæ ſunt indicationes, verum illæ omnes concordes ſunt quia in unum conſpirant: omnes namque ſuadent, & indicant remedijs frigida eſſe utendum.

Contrariæ Indicationes ſunt, quæ contra-

rie

ria indicant, ita ut quod unum juvat, alteri noceat, ut docet Gal. 8. *meth. cap. 9.* Itaque contrariæ Indicationes non dicuntur, eo quod ab oppositis sumantur, nam aliquando sumuntur à contrarijs, & illæ non sunt contrariæ, ut statim dicemus. Sed revera dicuntur contrariæ Indicationes, quod indicata sunt contraria, qua in re fuit deceptus Argenterius existimans vires, & naturam, quia contrariæ sunt morbis, contrarias cum morbo habere Indicationes. Verum quomodo fuit deceptus ex Gal. 8. *meth. cap. 9.* intelligemus, ubi docet, si natura frigido morbo afficiatur, tunc concordes esse morbo, & naturæ indicationes, quamvis morbus, & natura sint opposita. Quod etiam in Marasmo ostendere possumus. Nam eà quæ indicant virtus, & morbus, non sunt contraria, cum simpliciter virtus, & morbus sint opposita: ergo aliquando indicationes sumuntur à contrarijs, & ipsæ inter se non sunt contrariæ: præterea aliquando, à quibus sumuntur indicationes contrariæ non sunt, & ipsæ indicationes sunt oppositæ, verb. grat. si phlegmon conjunctus sit cum ulcere, sanè phlegmon, & ulcus contraria non sunt, & tamen contrarias habent indicationes,

quoniam quod prodest phlegmoni, adversatur ulceri, hæ vero contrariæ indicationes vel fiunt, quia affectus sunt contrarij, qui contraria indicant, vel quia tantum unicus affectus reperitur, qui contrariam indicationem habeat naturæ, ætati, regioni, cœli statui, vel alicui alteri, in quo indicationem non sumimus; ut Galen. docet. 3. *meth. cap. ultimo.*

In his autem contrarijs indicationibus exercendis duo debet Medicus expendere; Indicationum numerum, earumque dignitatem, & magnitudinem, ut Gal. loco citato docet quam rem exemplis demonstrare oportet. Fingamus Socratem natura calidum, & siccum, in ætate calida, & sicca, ambiente calido, & sicco, in regione calida, & sicca, assuetum alimentis calidis, & siccis, febre affici: in eo sanè multæ, & discordes sunt Indicationes: nam Indicatio quę sumitur à febre docet frigida remedia esse adhibenda reliquæ verò Indicationes indicant calidis, & siccis esse utendum. In his sanè Indicationibus major numerus est Indicationum, quæ habent calida, & sicca remedia esse adhibenda, sola enim Indicatio, quę à febre sumitur docet remedijs frigidis esse utendum.

Cæterum licet una sit indicatio, quæ sumi-

mitur à febre, nihilominus tamen magnitudine, & dignitate reliquas omnes indicationes ſuperat, prȩſertim ſi à natura plurimum receſſerit febris illa, nam tunc duplex erit magnitudo indicationum à febre petita. Prima eſt, quȩ à febre deſumitur. Secunda eſt, quæ à natura plurimum receſsit; ſi autem febris ſit parva, ita ut ſit exiguus lapſus, tunc licet aliquas indicationes cum ea conferre, etſi videatur magis refrigerare quam calefacere, nec humectare magis quam exſiceare, ſed media victus ratio eſt prȩſcribenda alijsque remedijs eſt utendum: ſi autem aliqua indicatio ſuper eſt, tunc à medio victu, & à medijs alijs remedijs recedere oportet, cum tamen illa ſuperet ſua contrarietate, & proinde in his Indicationibus exercendis Medicum eſſe exercitatum oportet, & natura prudentem, quam rem fuſiſsimè Galen. explicat 8. *meth. cap. ult.*

Rurſus alio exemplo poſſumus hanc rem demonſtrare. Sit aliquis qui habeat effectum evacuationem poſtulantem, & vires habeat languidas, in eo ſunt contrarie Indicationes, tamen dignior eſt Indicatio quȩ ſumitur à viribus, quam indicatio quæ ſumitur ab affectu: nam ut ſuperius diximus eſt maxima dignitas virium: nam vires ſerva-

re nihil aliud eſt quam vitam cuſtodire. Verum cum Indicationes exercere maximi momenti ſit, proinde ulterius rem hanc ex Gal. 7. *meth. cap.* 12. explicare oportet, docet enim in contrariis indicationibus aliqua eſſe à Medico conſideranda. Primum, quis affectus ex aliis magis urgeat, nam urgentiori affectui magis eſt ſucurrendum alio non neglecto. Secundum docet eſſe conſiderandum, quis affectus ex illis habeat rationem cauſæ alterius affectus, & affectui habenti rationem cauſæ eſt prius ſuccurendum. Tertium, eſt conſiderandus ordo, ſcil. quid antequid, quid cum quo, & quid poſt quod, ſit curandum. Primum namque quod conſiderandum eſſe diximus, eſt quis affectus magis urgeat, urgentia vero affectus ex illius magnitudine expendi debet, eſt enim affectus magnus, ex quo pende vitę periculum: qui quidem eſt triplex teſte Gal. 4. *meth. cap.* 6. Primo modo dicitur magnus morbus in ſua eſſentia, ut magnum ulcus in crure vel alia parte principe, ut morbus exiſtens in corde, cerebro, hepate, & ventriculo, qui ad hepatis portionem ſe habet ut docet. Gal. 7. *meth. cap. ult.* Secundo dicitur morbus magnus, ut apertura quæ eſt in parte principe, & morbus exiſtens in

corde, Cæterum eſt advertendum, omnes morbos in his partibus principibus exiſtentes eſſe magnos, nam ſi ex illis non immineat vitæ periculum, magnus non erit, unde febris diaria morbus magnus cordis non eſt dicendus, quoniam ex illa non imminet vitæ periculum. Tertio appellatur morbus magnus, eo quod ſit cacoëthes vel mali moris, ut ulcera juxta articulos exiſtentia, quæ quamvis prava non ſint, magnus morbus eſſe cenſentur propter cacoëthiam, & malum humorem febris etiam peſtilens, quamvis non habeat magnum aut multum ardorem, magnus morbus erit: carbunculus etiam quamvis ſit exiguus tumor, magnus morbus eſt dicendus propter cacoëthiam, & malignitatem quam habet.

Urgentia ergo in morbis ex hac triplici magnitudine affectus eſt expendenda, alio non ita urgenti non neglecto. Ut ſi fingamus Joannem habere ardentiſsimam febrem, ex cujus ardore, & acrimonia caloris, timeamus ne incidat in febrem hecticam maraſmodem, huic ardentiſsimæ febri, neglecta indicatione quæ ſumitur ab alijs affectibus in ea exiſtentibus: prius eſt ſuccurendum. Quam rem docet Gal. 8. *met. c.* 10. illi enim ſuccurrendum

 dum

dum eſt propter urgentiam, quæ ex magnitudine, & eſſentia fębris deſumitur.

Præterea rem hanc alio exemplo confirmare oportet. Sit fœmina aliqua cui ſint ſuppreſſa menſtrua, & anginam patiatur, ex illa menſtruorum ſuppreſsione natam. In illa contrariæ ſunt indicationes, ex contrarijs affectibus ortæ: Alia ſumitur à menſibus ſuppreſſis, quæ indicat menſes eſſe ciendos. Et alia, quæ docet anginam eſſe curandam. Ex his ſanè indicationibus contrarijs prius eſt ſucurrendum anginę: quia ex ea majus imminet vitæ periculum, quàm ſuppreſsione menſium, quamvis angina naſcatur ex illa menſium ſupræſsione; & ita cenſeo, propter anginam mittendum eſſe ſanguinem ex brachio, & non ex pede: licèt menſtrua ſint ſuppręſſa, quia prius urgentiori eſt ſuccurrendum quam cauſæ affectus: ſi autem ille non eſſet affectus urgens, affectui rationem cauſæ habenti prius ſuccurrendum eſſet, ut infra dicemus.

Multis alijs exemplis rem hanc demonſtrare poſſemus. Verum brevitatis cauſa his contenti erimus. Si autem in contrarijs indicationibus non ſit affectus qui urgeat, conſiderandus eſt quiſnam habeat rationem cauſæ alterios, & affectui habenti rationem cauſæ ſuccurrendum eſt prius. Ut ſi fingamus homi-

minem aliquem febrem putridam pati, quæ nimis ardens non ſit: in ea ſanè prius conſiderandæ ſunt multæ indicationes contrariæ, ſcilicet indicatio quę ſumitur à febre putrida, prohibita tranſpiratione, obſtructione, & cauſis obſtructionis: ex his namque affectibus nullus magis urget quam alius nam ex aliquo illorum non imminet majus vitæ periculum quam ex alio; proinde à cauſis obſtructionis curatio erit inchoanda. Deinde deveniendum ad obſtructionem quæ cauſa eſt prohibitæ tranſpirationis, & ad prohibitam traſpirationem, quæ cauſa eſt putredinis. Rurſus ad putredinem, quę cauſa eſt febris putridæ. Tandem ad febrem curandam accedendum eſt. Quam rem docet Gal. 11. *meth. cap.* 10. Vide ergo qua ratione affectui habenti rationem cauſæ, ſi urgentia non ſit ſuccurrendum ſit.

Alio etiam exemplo hanc doctrinam ſummopere neceſſariam confirmare poſſumus. Sit aliqua fœmina, in qua ſint ſuppreſſa menſtrua, ex qua ſupreſsione nata ſit inflammatio aliqua non magna in facie, vel in mammis, vel in alia quavis parte. Ab illa inflammatione non magna non ſumitur indicatio: cum ex illis duobus affectibus nullus magis urgeat quam alius: proinde affectui

habenti rationem causę est prius succurrendum; & ideo suppresioni mensium, quæ causa fuit inflammationis; prius est succurrendum.

Si autem non sit affectus urgens: ex quo majus immineat vitæ periculum, nec affectus habens rationem causę alterius reperiatur, ordinem considerare oport: quid scilicet ante quod id est, quem affectum ante alium curare liceat: quid post quod, id est, quem affectum post aliud, & quid cum quo id est, quem affectum simul cum alior Quod exemplo ulceris sordidi cum phlegmone conjuncti demonstrari poterit: nam tunc sunt contrarij affectus, ex quibus unus magis quam alius non urget, nec unus habet rationem causę alterius. Proinde in illis affectibus curandis ordinem prædictum debemus considerare, ideoque prius erit curandus phlegmon. Nam si ille prius non curetur alij affectus curari non poterunt: quia ex illo perpetuo aliquid resudabit, & sordidum remanebit ulcus. Rursus curato phlegmone sordes sunt extergendæ, quæ si non abstergantur, caro non poterit regenerari. Et ita simul ulcus curatur, & carne impletur. Tandem post hæc, cicatrix inducenda erit. Hæc ergo tria explicata medicus consideret in intelligen-

gendis, & exercendis indicationibus, de quibus debent esse solicitus; nam etsi sint contrariæ indicationes, poterit facile artem medicam exercere.

Ex his Indicationis divisionibus intelligemus nomina, quibus Gal. in methodo medendi passim utitur, scilicet indicatio, coindicatio, seu contraria indicatio; propria communis indicatio, simplex indicatio, & composita. Tandem indicatio (utitur Gal. hoc nomine) prohibens, quod nomen multa alia comprehendit, quæ diversa sunt ab indicatione. Nam pater, mater, amici, & assistentes interdum prohibent administrationem alicujus remedij, tamen ab his non sumitur Indicatio. Per has enim differentias indicationis explicatas methodus medendi rationalis gubernatur. Siquidem medendi methodus, per has indicationes factas, habet principium, & finem. Principium autem methodi medendi est cognitio morbi; nam indicatio à morbo desumpta, optima methodus medendi appellatur à Gal. 3. *meth. c.* 1. Et hæc indicatio, quæ sumitur à morbo, non potest exerceri, nisi cognoscamus morbum: unde necessarium erit medico rationali cognoscere prius morbum, antequam inveniat remedia. Proinde Gal. multis in locis docet morbi cogni-

tio-

tionem esse remediorum inventionem. Finis autem hujus methodi medendi, ut testatur Gal. 7. *meth. cap.* 7. est remediorum inventio facta per indicationes.

Cum igitur inventio remediorum hujus methodi medendi sit finis, operæ, prætium erit explicare hac in parte quid sit remedium? Est ergo remedium, quicquid corpori admotum juvat, ut Galen. docet: 1. *meth. cap.* 1. Quare remedium ad aliquid est, & relationem dicit ad nostrum corpus. Si ergo corpori ad motum juvat, remedium est: aliter enim non est remedium. Debet ergo aliqua res, ut sit remedium, duo habere: ut corpori applicetur, & juvet. Quare una, & eadem res potest esse remedium, & nocens. Si enim juvat, remedium est: sin minus, nequaquam, & inter causas nocentes recenseri debet. Quod exemplo sanguinis misionis confirmatur nam si juvet, remedium est: sin autem noceat, causa nocens appellatur. Hæc eadem Gal. explicat *lib. constat art. med. cap.* 14. ubi remedium appellat, quod corpus juvat, dum præter naturam ab bonum habitum revocat. Qua propter cibus potus, & medicamenta sint admota corpori juvant, remedia sunt. Horum omnium medicamentorum materiam 4. *sanit. tuend. & lib. de const. art. med.* *cap.*

cap. 14. revocat Gal. ad quatuor capita, ſcilicet ad ſumenda, facienda, educenda; & foris inſecus advenientia. Lib. vero *ad Traſyb.* ad tria tantum capita revocat materiam remediorum, ſcilicet ad victus rationem, medicamenta, & chirurgiam. Sub victu comprehendit Gal. cibum, potum, perfuſionis, cataplaſmata, clyſteres, 11. *meth. cap.* 15. Ex cibo vero, & potu omnes res non naturales intelligimus, ut ſomnum, vigiliam, motum, venerem, &c. Quo fit remedium alia plura comprehendere quæ medicamenta non ſunt. Nam cibus, potus, ſanguinis miſsio, cucurbitulæ, & inſtrumentum chirurgicum ſub remedio comprehenduntur, medicamenta tamen non ſunt vocanda. Unde ſequitur, ut victus à remedio non diſtinguatur: nam revera ſpecies illius remedij eſt. Quare omnis victus eſt remedium, non tamen è contra. Et proinde decipiuntur aliqui, dicentes vires ex ſe indicare victum, cum victus ſub remedio comprehendatur, ut dixìmus. Si vires indicant victum, ergo indicabunt remedium; quod abſurdum eſt. Per ſe tamen ſui conſervationem; & cuſtodiam, ut ſuperius dictum eſt, indicant.

* *
*

DE

DE SCOPIS REMEdiorum.

HÆc omnis remediorum materia habet quatuor ſcopos, ſcil.qualitatem, quantitatem occaſionem, & utendi modum. De quibus quatuor agit Gal. *lib. ad Glau. cap.* 1. Quodvis enim remedium neceſſario debet habere hos quatuor ſcopos. Nam remedia non quævis, ſed qualia ſint, aut quanta, certa occatione, & debito utendi modo adhiberi debent.

Sed obijcies, Galen. *in art. med. cap.* 85. duos tantum ſcopos recenſet, ſcilicet qualitatem, & quantitatem: ergo ſibi ipſimet contrariatur. Reſpondemus Galenum recenſuiſſe quatuor ſcopos, quia tunc agebat de morbis curandis, in quibus profligandi neceſſarij ſunt quatuor ſcopi. Inarte verò medica agit de ſanitate tuenda, inqua conſervanda non eſt neceſſarius modus utendi, nec occaſio. Sed ſigillatim de ſingulis agamus, initium ſumentes à qualitate.

Per qualitatem remediorum hac in parte non intelligimus primas, ſecundas, vel tertias qualitates ſeu facultates medicamentorum, ut aliqui falſo ſibi perſuaſerunt, ſed per

per qualitatem remedij, ſpecies genus, & differentias, vel naturam remedij intelligimus. Quæ quidem natura remediorum, ut ſuperius dictum eſt, ad quatuor capita revocatur, vel ad tria, ut *l. de opt. ſect. ad Traſyb.* docebat Galen. Quæ quidem remediorum qualitas ſymmetria propria ab indicatione, & à morbo ſumitur. Deinde ab indicatione naturæ totius vel partis, conſuetudine, ætate, & ſexu deliberatur.

Per quantitatem remediorum, vim remediorum intelligemus, non tamen molem certa enim remediorum quantitas nec lingua proferri poteſt, nec calamo præſcribi; ut Gal. 1. *ad Glauc.* docebat ſolaque artificioſa conjectura metienda eſt. Quantitas verò medicamentorum, vel dicitur alterantium, vel evacuantium, vel quantitas victus qui etiam ſub remedio comprehenditur, ut ſuperiuis diximus. Quantitas medicamentorum alterantium ex affectu, ex natura totius & partis, ex ambiente, ex certa partis ſubſtantia, & ex ſitu partis deſumitur. Quantitas verò evacuatium medicamentorum, ex affectu, viribus tanquam conſentientibus, vel prohibentibus, vel ex natura totius, vel partis, ex ætate, conſuetudine, ex ambiente, & ex contumacia humoris qui evacuari de-

debet, desumitur. Pituita enim majori quantitate ad evacuationem medicametorum indiget quam bilis. Tandem victus quantitatem desumitur ex viribus potissimum, ex natura, ætate, consuetudine, ex ambiente, & morbo prohibente.

Occasio nihil aliud est quam opportunum tempus ad agendum. Quæ duplex est, una universalis, altera particularis, ut Gal. *lib. ad Trasyb.* docet. Universalis occasio est opportunum tempus ad agendum commune omnibus, quæ ex postulantibus auxilia, & absentia impedientium desumitur. Particularis vero occasio est tempus opportunum ad exercitationem alicujus remedij particularis, quæ desumitur ex particularibus postulantibus auxilium, & particularibus impedientibus. Quæ quidem particularia postulantia, vel impedientia multa esse solent, quæ particularem occasionem seu particulare tempus ad aliquid agendum variant. Desumitur occasio præscribendi medicamenta, sive sint alterantia, sive evacuantia, sive victus, sive potus, vel somnus, vel vigilia, ex particulari morbo, & tempore. Quæ omnia ex particulari exercitatione remediorum manifesta sunt, ut Gal. docet toto 5. *lib. Aph.*

Per utendi modum intelligere debemus

rationem adminiſtrandi remedia: an ſemel à nobis, an ſæpius illa ſint adminiſtranda, qua forma, qua ſubſtantia, cui parti ſint adhibenda, & quis ſit evacuationis locus conferens, & quæ vena ſit ſecanda, & quoties. Quæ omnia ex prædictis indicationibus eluceſcunt.

Cæterum antequam rationalis medicus remedia per indicationes explicatas inveniat, & ad morbos curandos accedat, prius debet inveſtigare an illos poſsit curare, nec ne. Nam ſi non poſſunt curari, non ſunt præſcribenda remedia, quæ alijs fuere præſidia, ne à vulgo infamentur, ut 11. *meth. cap.* 6. teſtatur Gal. Cognoſcet vero an morbus poſsit curari duobus modis, experientia ſcil. & ratione. Sed cum experientia longo indigeat tempore, proinde ſatis erit rationem adhibere. Quare deprehendimus an morbus ſit læthalis, vel non, ex quibuſdam ſignis, & præcipuè quatuor modis, ſcil. ex ſubſtantia partis, actione, uſu, & ſitu partis, ut Gal. docet 3. *meth. cap.* 1. ex ſubſtantia partis, ut ſi ſolum veſica vel membranola pars ſeptitranſverſi ulcerata ſit, intelligemus illud ulcus non poſſe curari. Ex actione, ut ſi cor vulnere affectum ſit, non poſſe curari illud ulcus intelligemus. Ex uſu partis etiam id intelligimus,

mus, ut si ulcus conjunctum sit cum phlegmone, intelligemus ulcus non posse curari. Ex situ tandem illud intelligemus, ut si tenes vulnerati, sint, deprehendimus non posse curari: quoniam vis medicamentorum non poterit ad illos pervenire. Libro autem *de cost it. art. med. cap.* 16. Gal. has quatuor notas vel modos ad duo capita revocat, ad facultatem, videlicet, formatricem imbecillam, & defectum materiæ.

Postquam medicus rationalis ex prædictis notis cognoverit, an affectus curari posit, accedat jam ad remediorum inventionem ad morbos curandos. Cæterum nota medicum rationalem non curare omnes morbos per indicationes, sed aliquos curat experientia, alios analogismo. Experientia enim curantur, qui tota substantia nostræ naturæ adversantur, qui quidem morbi ratione cognosci non possunt. De quorum differentijs non agebat Gal. *lib. de differentijs morborum*. Nam ibi tantum agit de his qui ratione investigari possunt. Quare male Argenterius adversus Gal. agit de differentijs morborum, qui ratione investigari possunt. Horum verò morborum curatione qui experientia curantur, pollicetur Gal. se scripturum *lib.* 11. *de simpl. med. facult.* Et quam-

vis medicus rationalis curet morbos aliquos rationali methodo per indicationes: aliquos tamen ſola experientia, ut diximus, curare debemus: & non eſt miſcenda ratio cum experientia, neque è contra, ſed ſeorſum tradenda, ut demonſtratur à Gal. 1. *meth. cap.* 2. *meth. cap.* 6. & 7. & 3. *meth. cap.* 1.

Analogiſmo etiam medicus rationalis curat morbus aliquos: eſt enim analogiſmus à ſimili ad ſimile, ut Gal. *lib. ad Traſyb. cap.* 11. & *l. de ſubſig. Emp.* Utitur vero medicus analogiſmo, ſeu tranſitu à ſimili ad ſimile in morbis curandis, ut docet Gal. *lib. ad Traſyb.* 10. quando cauſa deliteſcit, & nullam habet obſervationem, ſed affectus quam ſimilis eſt ſenſibus. Hujuſmodi vero affectus non poſſumus curare per indicationes, quoniam cauſa ignoratur, quod exemplo efficaci docet Gal. loco citato. Si aliquis à ſerpente. Hæmorrhois vocato demorſus fuerit, deinde ſanguis largus effluat, & nos cauſam curit pariatur neſcientes, nec obſervatione aliqua inſtructi, auxilium quale ſanguinis profluvium patienti, præſcribemus analogiſmo; quo medicus in morbis curandis (ut dixi) aliquando utitur. De curatione vero morborum, methodo, & via rationali agit Gal. *lib. meth.* & *de art. cur. ad Glau.* Utimur etiam aliquando

do epilogiſmo in morbis curandis. Eſt autem epilogiſmos via qua ab affectibus ad cauſas progredimur, contrario modo ac inanalogiſmo, in quo à cauſis ad affectus progredimur, ut docet Galen. 2. *progn. com.* 2. Atque hæc de brevi indicationum diſputatione ſufficiat.

DE MORBORUM ESSENTIJS, cauſis, & ſignis.

EXplicatis brevi oratione indicationibus, quæ ad perfectam omnium affectuum curationem pertineant, breviter etiam hos fructus in manu habebit ſua qui eſſentias, cauſas, & ſigna omnium humani corporis affectum inquirire voluit. Quare à vertice capites uſque ad plantam pedis illos deſcribere aggredior.

Decidencia pilorum.

Eſt affectio capitis, qua univerſi ejus capilli defluunt.

Cauſæ.

Una eſt raritas cutis, & altera defectus alimenti.

Signa.

Raritatis cutis ſignu cognoſcemus. Primò, quia pili qui eciderunt, eandem, quam an-

antea habebant, craſsitiem ſervant. Secundo, ex cauſa aliqua quæ præceſsit rarefaciente cutim, ſcilicet medicamento calido, aut lotione aliqua calefaciente.

Signa defectus alimenti colligemus, primò ex tenuitate pilorum, ſecundò ex morbo præcedende, ut febre ardente, tabe.

Morbus Gallicus.

Eſt morbus totius ſubſtantiæ, inficiens jecus, & humores in eo contentos.

Cauſæ.

Fit ex venereo congreſſu ob conjunctam converſationem, & calorum, aliquando ob contagionem.

Signa.

Sunt dolores, ſumma gravitas corporis, colli, humerorum, omnium articulorum perpetuus cruciatus, vel puſtellæ in pudendis rubræ, &c.

Achores, vel tinea.

Eſt affectus capitis, tenuiſsimis foraminibus cutem perforans; quibus, glutinoſus humor depellitur.

Cauſæ.

Pituita ſalſa, & nitroſa, vel mixtus quidam humor, qui partim tenuem ſaniem ac mordacem, partim vero craſſum ſuccum in ſe habet.

Signa.

Si humor qui expellitur eſt tenuis, bilioſam dominaria ſaniem conijcimus, ſin craſſus, & glutinoſus, pituitam.

Dolor.

Eſt actio depravata ſenſus tactus.

Cauſæ.

Solutio continui eſt cauſa proxima, cauſa verò remota, humor.

Signa.

Manifeſta ſunt ſigna doloris.

Phreniticis.

Eſt delirium continuum cum febre acuta.

Cauſæ.

Eſt congeſtio, vel fluxio ſanguinis bilioſi ad cerebrum.

Signa.

Vigilia inquies, & poſt ſomnum vociferatio, &c.

Lethargus.

Eſt ſymptoma in actione animali principe læſa.

Cauſæ.

Fit ex pituita putri irrigente cerebrum.

Signa.

Somnus, febris lenta, pulſus rarus, magnus, & undoſus, reſpiratio rara, & embecilla, oblivio ſumma.

Ver-

Vertigo.

Eſt actio læſa depravatæ imaginationis; quæ rem quietam circum voluit judicat.

Cauſæ.

Una eſt externa, & altera interna. Externa, ut motus ingyrum, & vini potio. Interna, vel in capite, vel in alia parte. Omnes fiunt à cauſa frigida.

Signa.

Manifeſta ſunt vertiginis ſigna.

Epylepſia.

Eſt convulſio omnium corporis partium non perpetua, cum mentis ac ſenſum lęſione.

Cauſæ.

Fit ab humore craſſo obſtruente cerebi ventriculos, non omnes, ſed ſecundum, aut tertium.

Signa.

Sunt oris ſpuma, inordinatio linguæ, in acceſsione ægri ſtatim concidunt, & convelluntur, & nonnunquam ſtertunt, & circum aguntur. Interdum urina, & ſemen effluit.

Melancholia.

Eſt delirium ſine febre, cum metu, & triſtitia.

Causæ.

Fit ab intemperie frigida cerebri ex melancholico humore orta.

Signa.

Sunt metus, & tristitia, si multùm perseverent absque causa manifesta.

Incubus.

Est imaginatio depravata ex speciebus rei alicujus suffocantis, & opprimentis in cerebro motis.

Causæ.

Fit ab intemperie frigida, & sicca cerebri quando fit per proprium affectum, si fit per consensum, ab obstructione partium infernarum, vel tumore lienis.

Signa.

Sunt quando ægri existimant se esse oppressos, ita ut si velint loqui, quasi detineantur.

Apoplexia.

Est privatio sensus, & motus in toto corpore, ob impeditum transitum spirituum animalim facta.

Causæ.

Est quicquid replet cerebri ventres, ita ut non posit animalis spiritus permeare. Hæc obstructio semper fit ab humore crasso.

Signa.

Signa.

Sunt abolitio ſenſus, nam ægri quaſi mortui vivunt, oculis clauſis dormientes, & ſtertentes.

Paralyſis.

Eſt privatio ſenſus, & motus alicujus partis ob impeditum tranſitum ſpirituum animalium facta.

Cauſæ.

Fit ab humore craſſo, & lento aliquos nervos obſtruente, vel ab obſtructione à tumore facta.

Signa.

Sunt ad modum manifeſta.

Convulſio.

Eſt motus depravatus partium nervoſarum, quo verſus ſuam originem retrahuntur.

Cauſæ.

Fit à repletione, vel inanitione.

Signa.

Repletionis ſigna erunt, quando ſanum corripit ſubito eveniens, aut ſaltem non multo poſt morbi initia.

Inanitionis verò ſigna erunt quando poſt ardentes febres evenit, & per plurimas evacuationes, ſive per ſudores, dejectiones infernas, vomitum, ſanguinis profuſiones accidit.

Tremor.

Eſt quidam motus contrarius, ex contrariorum in ſe motuum ſucceſsione proveniens.

Cauſæ.

Fit ex imbecillitate nervorum, & partis gravitate.

Signa.

Sunt admodum manifeſta.

Optalmia.

Eſt inflammatio membranæ adnatæ.

Cauſæ.

Vel eſt interna, vel externea; interna, eſt fluxio ſanguinis, quę fit à plenitudine corporis, aut venatum capitis, aut à fluxione humoris acris. Externa ut ſol, fumus, & alia quæ dolorem, aut calorem in oculo exicitando fluxionem movent.

Signa.

Sunt adnatæ rubor, ex oculis lachrymę manantes, & in majoribus oculi angulis qui ad naſum ſunt, ſordes quædam acervatæ.

Suffuſio.

Eſt additus humor in oculo ad ejus actionem non neceſſarius, immo eam impediens.

Cauſæ.

Eſt affluxus humoris craſsi.

Sig-

Signa.

Sunt manifeſta.

Angina.

Eſt inflammatio in muſculis interioribus vel exterioribus faucium.

Cauſæ.

Fit propter nimiam ſanguinis copiam, & efferuſcentiam.

Signa.

Sunt difficilis ſpiratio, dolor, & febris, ruborque ſemper tum guturis, tum colli, atque etiam tumor.

Catharrus.

Nihil aliud eſt quam excrementum deſcendens à capite ad ſubjecta membra.

Cauſæ.

Una eſt intemperies calida, vel frigida, cerebri, hæc refrigerando cerebrum, illa attrahendo, aut fundendo humorem. Altera verò eſt repletio venarum, & ventriculorum cerebri, quæ ſolet fieri à toto corpore.

Signa.

Cum ſit à cauſa calida ægri circa partes affectas, non nihil caloris ſentiunt, habentque; faciem rubram: contra quando fit à frigiditate, nam circa caput, & frontem fit diſtentio, & meatum obturatio, ita ut vix per nares reſonare videantur.

Præcipuum ſignum eſt tuſsis, & habet

cau-

causas quinque. Prima est humor collectus in aspera arteria, ut in pleuritide, & peripneumonia. Secunda humor distillans à capite. Tertia compressio septi transversi. Quarta, magna asperitas faucium. Quinta intemperies frigida inæqualis partium respirationi servientium.

Asthma.

Est densa respiratio sine febre.

Causæ

Est humor frigidus, aut tuberculum, obstrivens arterias asperas, quæ sunt in pulmone.

Signa.

Sunt gravitas sensus, & quædam purulenta per sputum rejecta.

Peripneumonia.

Est inflammatio pulmonis.

Causæ.

Fit à quocumque humore, sed præcipuè ab humore pituitoso, & crasso.

Signa.

Sunt dolor gravis, febris acuta, difficilis respiratio; rubedo malarum, & pulsus mollis.

Pleuritis.

Est inflammatio membranę succigentis costas.

Cau-

Causæ.

Fit vel ab humore bilioſo, quando ſcilicet videmus ſputum palidum, & flavum; vel pituoſo, quando ſpumoſum; vel melancholico, quando nigrum; vel ſanguineo, quando rubrum.

Signa.

Sunt quinque, febris acuta, & continua dolor punctorius pulſus ſerratilis, & durus, difficilis, & frequens reſpiratio, & tuſis.

Phthiſis.

Eſt exulceratio pulmonis.

Cauſæ.

Fit vel ex empyemate, id eſt, ſuppuratione: vel etiam ex defluxu humoris erodentis, & acris.

Signa.

Sunt ſumma externatio totius corporis, nares acutæ, tempora collapſa, oculi concavi, ſcapulæ alarum more prominentis, tuſſis, & quod ex puitur fœtidum eſt, & febris hectica.

Palpitatio cordis.

Eſt dilatatio, & compreſsio ejus præter naturam.

Cauſę.

Eſt ſpiritus craſſus in ejus ſinu contentus & exitum quærens.

Signa.

Signa.

Sunt ſummus dolor in ipſo corde, & velocitas pulſus in cauſa calida, infrigida verò è contra.

Syncope.

Nihil aliud eſt quàm præceps viriū lapſus.

Cauſæ.

Sunt omnia quæ diſsipant ſubſtantiam partium, aut ſpirituum, aut earum evertunt temperamentum, ut venena, magna evacuatio medicamenti purgantis.

Signa.

Sunt pulſus lãguidus, & mador univerſalis.

Imbecillitas ventriculi.

Eſt quædam leſio concoctionis ejuſdem.

Cauſæ.

Intemperies, ſcilicèt cùm aliqua primarum qualitatum laborat: vel ſimplex, vel compoſita, nuda, vel cum affluxu humoris, vel à nimio cibo, vel potu.

Signa.

Si culpa ciborum fuerit, ſignum erit gravitas in ventriculo, ſi à liberariori potu, indicium erit fluctuatio,

Singultus.

Eſt motus ventriculi, quoad expulſionem rerum moleſtarum, aut quantitate, aut qualitate movetur.

Cau-

Cauſæ.

Fit vel à repletione, vel ab inanitione, vel ab humoribus vellicantibus, & rebus acri facultate præditis.

Signa.

Manifeſtum eſt ſingultus ſignum.

Appetentia canina.

Eſt immodicus alimenti appetitus.

Cauſæ.

Eſt frigiditas orificij ventriculi, quæ vel eſt nuda, vel cum humore acido, vel eſt immodica corporis diſsipatio.

Signa.

Etiam ſunt manifeſta.

Cibi faſtidium.

Eſt nullus alimenti apetitus.

Cauſæ.

Fit quando ſuctionis ſenſus perit, vel quia ſuctio non fit, vel quia corpus non inanitur.

Signa.

Sunt ad modum manifeſta.

Cholera morbus.

Eſt ventris perturbatio, quæ rem moleſtantem ſupernè per os, & infernè per alvum expellit.

Cauſæ.

Fit à fluxione humoris bilioſi, & acris à

toto

toto corpore ad ventrem confluentis.

Signa.

Eſt evidens ſignum excretio per ſuperiora; & inferiora.

Diarrhæa.

Eſt immodica excretio alicujus humoris per alvum.

Cauſæ.

Fit pręcipuè ab humore belioſo, vel ab humore pituoſo, vel melancholico fit etiam aliquando à pravo alimento in ventriculi cavitate contento, & fluitante.

Signa.

Colores inf ęcibus inſperſi.

Lienteria.

Eſt affectus prętér naturam, in quo celeriter ea, quæ comeduntur, talia deijciuntur qualia fuerunt devorata.

Cauſæ.

Fit à lævitate, & exulceratione inteſtinorum, vel a facultatis imbecillitate.

Signa.

Ægri ciborum ſaporem non ſentiunt malum corporis habitum contrahunt, ructuſque acidos edunt.

Dyſenteria.

Eſt ſanguinis evacuatio per ſedem cum torminibus, ex ulcere inteſtinorum procedens.

Cau-

Causæ.

Fit ab humore bilioso, vel atrabiliario, vel à pituita salsa, aut à medicamento acri.

Signa.

Si sanguinis multum per mixtus est cum fęcibus, signum est ulcus esse intestinis gracilibus: si non est permixtus, in crassioribus, id est, juxta sedem.

Tenasmus.

Est vehemens, & inanis conatus ad egerendum.

Causæ.

Causæ sunt ea omnia quę facultatem expultricem intestini recti excitant ad vehementem, & continuum motum, qualia sunt quæ irritant, & quæ gravant; irritant pituita ibi impacta, & ulceris dolor, gravant fæces immodicæ.

Signa.

Sensus gravis, & distentio circa imum ventris, & frustrata dejectio.

Dolor colicus.

Tunc fit quando colon secundum ex crassis intestinis, afficitur.

Causæ.

Una est externa, altera verò interna. Externa, intemperies frigida, vel alimentum, vel aër, aut veneni potio. Interna, intemperies

etiam

etiam frigida, orta ex pituita vitrea, vel calida, ex acri humore; flatus distendes, aut inflammatio.

Signa.

Si dolor fit à pituita, cum hæc fit glutinosa; infixus ita erit, ut perforari videatur in testinum, neque in eo est sitis. Si fit à bile erit dolor acutus, sitis, oris amaritudo, & præcessit bilis retentio. Si ab inflammatione febris ostendet: sicut loci mutatio, & distensio ortum indicabunt à statu.

Ileus.

Est affectus Ilei intestini, in quo eorum quę per alvum excernuntur omnino supprimitur evacuatio.

Causæ.

Est magna inflammatio, vel stercus induratum, vel mutatio situs intestini, quę hernia intestinalis dicitur: vel omnia quæ excrementorum descensum impedire possunt.

Signa.

Signum proprium est nihil per inferna excerni. Quod si exitialis est, stercus per os educitur. Est dolore etiam, & tumore in regione tennium intestinorum ipsum deprehendere possumus.

Inflammatio hepatis.

Est tumor præter naturam, sive fiat à sangui-

guinæ, ſive à bile, ſive à melancholia, nam à pituita non poreſt fieri.

Cauſæ.

Sunt humores prædicti.

Signa.

Poteſt fieri tumor iſte, vel in parte gibba, vel incaba hepatis. Si in gibba, aderit tuſsicula ſicca obſepti tranſverſi compreſionem: & ſi jecoris regionem comprimimus, dolorem, inibi æger perſentiet. Si in cauſa, dolor ad inteſtina verget ventriculus vomitu bilioſo, & multis ichoribus referto tentabitur. Dejectiones erunt cruentæ, & ſingultas aliquando apparebit, (quod multum eſt, quia inflammationis magnitudinem ſequitur.) Signa communia, tam in parte gibba, quàm in cava ſunt, gravitas juguli, pulſus durus, febris acuta, linguæ nigredo, & ſitis.

Obſtructio jecoris.

Hepatis obſtructio eſt morvus in via.

Cauſæ.

Ab una ſolum cauſa fit, nimirum ab humore craſſo congeſto in venis ipſius hepatis.

Signa.

Sunt difficilis ſpiratio, pallor totius corporis, gravitas in hypocondrio dextero, & tuſsis.

Icteritia.

Eſt effuſio bilioſi humoris per univerſum corpus. (Ubi, per bilioſum humorem, tam flavam, quam nigram bilem intelligas velim.)

Cauſę.

Fit ex motu naturæ expellentis humorem peccantem ad univerſam cutim ratione criſeos: vel eſt ſanguis mutatus in bilem porraceam, vel intemperies calida jecoris multam bilem generantis, vel ipſa intemperies totius corporis, præ qua tenuior pars alimenti in bilem faceſsit, vel obſtructio jecoris in meatu quia ex jecore ad felleam veſicam bilem defert, aut, illius qui ex veſica, eam ad duodenum inteſtinum expurgat; vel inflammatio jecoris, vel ſcirrhus jecoris, vel imbecillitas veſicæ bilis, orta ex aliqua intemperie magna, propter quam non rectè atrahit bilem: & denique, vel immodica bilis quantitas in veſica coaſervata, impediens quo minus (à magna ſcilicèt diſtenſione impedita) poſsit contrahi. (Quo etiam modo lotium in verſica interdum ſupprimitur.)

Signa.

Sunt corporis pigritia, pruritus univerſi corporis, pallor in facie, & oculis; & urina pannos lineos tingens.

Hy-

Hydrops.

Eſt tumor præter naturam ventris ; aut totius corporis , ex actione jecoris depravata procedens.

Cauſæ.

Eſt intemperies frigida jecoris.

Signa.

Sunt potus ingens deſiderium , & gravitas corporis , & color vitiatus , ex virore albicantibus ægris.

Obſtructio lienis

Fit quemadmodum obſtructio hepatis , & eſt morbus in via.

Sunt triſtititia , difficultas ſpiritus , & ſonnus turbalentus.

Suppreſsio urinæ.

Quoties lotium in totum ſupprimitur , ita ut eo ægrotantes nihil reddant , dicitur iſchuria, quæ vel propriè , vel impropriè ſumitur : impropiè , pro urinæ retentione undelibet pendeat affectus ; propriè , in qua urina in veſicà contenta non poteſt excerni.

Cauſæ.

Eſt obſtructio in renibus à lapide, arenulis pure , aut humore craſſo facta, impediēs urinæ tranſitum: vel imbecillitas veſicę quæ ab intemperie frigida ortum habet, vel anguſtia meatus per quem urina excernitur. Hujus an-

gustiæ duæ sunt causæ, præclusio scil. & obstructio. Præclusio fit, vel à tumore præter naturam, vel à siccitate. Obstructio fit, vel à grumo sanguinis, vel à pure, vel à lapide. Ad quam causam revocari possunt arenulæ, & crassa excrementa, quæ communem habent materiam; vel à tuberculo, vel à callo.

Signa.

Sunt manifesta.

Urinæ difficultas.

Dicitur dysuria. Fit ab iisdem causis à quibus ischuria, sed remissioribus.

Renum calculi, & vesicæ.

Fiunt ab humore crasso, sive sit pituita, vel melancholia.

Causæ.

Efficiens est calor immodicus, non frigiditas. Generatur enim calculus à calore evaporanter humidam partem crassi humoris, & reliquam concrassante: ita ut si ille concretus humor in renibus, vel vesica moram fecerit, ab altero se circumglutinante augeatur, quousque lapidis magnitudinem ex arenula acquirat.

Dolor summus adest in hoc affectu, quia renes non sentiunt nisi per membram, & dicitur nephiricus dolor.

Signa.

Vomitus primo pituitæ, & deinde bilis

æruginosæ; urinæ suppressio, vel guttatim reddire, dolor renum, & infixi aculei instar nullo foris tumore circa partem infestante. Cruris è directo laborantis renis stupor.

Stillicidium urinæ.

Affectus est in quo parum, & frequenter urinam excernimus.

Causæ.

Imbecillitas facultatis retentricis vesicæ, vel urinæ acrimonia.

Mictus sanguinis.

Causæ sanguinis mictus (ut, & profluvij narium) vel externę sunt, vel internæ. Externæ sunt casus, ictus, &c. Internæ sunt tres. Prima in facultate consistit, cum scilicet retentrix valorum fuerit imbecilla, aut expultrix immodice irritata. Secunda est sanguinis vitium cum peccat quantitate, aut qualitate. Tertia est valorum noxa, quæ tripliciter contingit, primo cum molle; tertio cum durum.

Diabetes.

Est velox potulentorum exitus per urinam à sua qualitate non immutatorum.

Causæ.

Est intemperies renum, calida, quæ vim habet attrahendi.

Signa.

Eſt ſitis intollerabilis.

Lumbrici.

Tres ſunt ſpecies. Primi, appellantur teretes, & rotundi, qui in tenuibus generati inteſtinis, aliquando ad ventriculum aſcendunt, ubi humoris agitantes, varia pariunt ſymptomata. Secunda, ſunt magni, ita ut eandem cũ inteſtinis figuram habeant, dicunturque tæniæ hoc eſt, falciæ. Alij appellantur cucurbitini, ob figuram quam habent ſemini cucurbite ſimilem. Poſtremi, vocantur aſcarides, qui generantur in inteſtino recto, ad ſimilitudinem lumbricorum generatorum in ſtercore jumentorum, qui vehementiſsimos inducunt pruritus.

Cauſæ.

Omnes generantur ab una, & eadem cauſa ſcilicèt ab humore pituitoſo putrefacto. Cauſa efficiens, calor eſt præter naturam excitatus in pituita putreſcente, ut Gal. *lib.* 3. *de locis aff.* ſcribit, cum dicit eos à magno calore fieri.

Signa.

Morſus ventriculi, tuſsis arida, & non magna, pulſus in ordinatus, febris, erratica partes extremæ refrigerate, ſtridor dẽtiũ, & nauſea, ani prutitus, & nonnunquã fames canina.

Hæ-

Hæmorrohoïdes.

Sunt ſanguinis evacuatio per venas ani.

Cauſæ.

Fiunt vel ab humore melancholico, vel ab abundantia ſanguinis, aut a connatu.

Signa.

Sunt manifeſta.

Procidentia ani.

Tunc dicitur cum extremitas inteſtini recti foras delabitur, ita ut non lateat viſum

Cauſæ.

Sunt omnia quæ laxant muſculos, & ligamentum ani, qualia ſunt humi da, & quæ paralyſim in muſculis ipſius ani inducere poſſunt, ut frigida; & magnus ad egerendum connatus, qualis teneſmum comitari ſolet.

Signa.

Etiam ſunt manifeſta.

Uteri procidentia.

Quando uterus ita evertitur, ut exterius emineat, fit procidentia uteri.

Cauſæ.

Ex ægrotantis ſermone intelligentur.

Signa.

Nota ſunt, & manifeſta.

Pro fluvium menſium.

Quando copia ſanguinis menſtrui pluribus diebus conſerta effluit, immodicum menſium profluvium fit.

Causæ.

Fit, vel apertione orificiorum eorum vasorum, quæ in cavitate uteri desinunt, vel à sanguine calido, & tenui, vel ab expulsione totius corporis ad venas uteri.

Signa.

Sunt manifesta.

Suppressio mensium.

Tunc fit quoties, cum fluere deberent secundum naturam, non fluunt.

Causæ.

Fit, vel ab angustia venarum uteri à prima conformatione enata, vel à densitate uteri, quę ortum habet à frigiditate, vel à compressione vasorum uteri, quę fit, aut à tumore pręter naturam, circumiacentium partium, aut ab omenti multa pinguedine, ut obesis mulieribus, vel ab obstructione, quę fit à crasso, glutinosò, aut multo humore, vel ab intemperie frigida uteri densante uterum, aut sicca eum indurante, vel à robore vasorum uteri, adeò ut quod influit, non admittant.

Suffocatio uteri.

Cum uterus vaporis copia ista distenditur, ut modo sursum, modo in latus retrahi videatur, fit suffocatio uteri.

Causæ.

Semen genitali retentum, & menstruæ purga-

gationes ceſſantes.

Signa.

Mentis torpor, pigritia, crurum imbecillitas faciei pallor, aſpectus mœſtus, & ſimilis.

Mola.

Eſt quædam caro inutilis atque informis in utero mulieris facta.

Cauſæ.

Fit à coitu, ſcilicet quando ſemen viri eſt imperfectum, vel morboſum, etiamſi aliquando poſsit fieri culpa mulieris.

Signa.

Sunt quæ in prægnantibus reperiuntur.

Hernia.

Fit cũ peritonæum qua parte vaſis ſeminarijs pervium eſt, aut laxatur, aut rumpitur, ita ut aliquid, vel in inguina, vel in ſcrotũ deſẽdat.

Variæ ſunt ſpecies. Cum humor eſt in inguine, dicitur bubonocelo; cum in ſcroto, eſcheocele, ſi eſt inteſtinalis, dicitur enterocele; ſi aquoſa, hydrocele; ſi à flatu pneumatocele; ſit caro, ſarcocele; ſi ab omento, epiplocele appellatur.

Arthritis.

Eſt dolor articulorum à fluxione humoris factus. Morbus ad quem ſequitur eſt tumor præter naturam articulorum diſtendens partes in eis contentas.

Cau-

Causæ.

Fit tumor ab imbecilitate articuli, & à fluxione humoris ad articulos.

Signa.

Cognoscitur humor faciens arthitim, ex natura ægri, ex colore articuli, doloris, sensu, juvantibus, & nocentibus. Potest etiam fieri à sanguine, sed præcipuè à pituita mixta cum portione bilis, numquam à melancolico humore.

De febribus.

Febris est intemperies calida, in corde accensa, & per universum corpus diffusa.

Febres, vel sunt essentiales, vel accidentales. Essentiales sunt illæ, quæ ex essentia febris (qui calor est) desumuntur, quæ tres sunt. Prima desumitur ex qualitate caloris. Secunda ex motu. Tertia ex ejus subjecto.

Ex qualitate caloris febres dicuntur magnę, aut parvæ vel propriè loquendo, intensæ vel remissæ.

Ex motu pendent, illæ febres, quas appellamus, primo mites, deinde increseentes, & è converso.

Ex subjecto, vel materia, dividitur febris in diariam, putridam, & hecticam. Diaria dicitur illa, in qua calor accensus est in spiritibus. Putrida, in qua, in humoribus, ita ut ex

eorum

eorum putredine ortus ſit. Hectica vero in partibus ſolidis, in quibus calor factus eſt, at inhumoribus, & ſpiritibus id fieri.

Differentiæ febrium, quæ accidentales appellantur ex accidenti proximo, vel remoto ſumuntur.

Ex accidenti proximo, cum ex colore febrem dividimus, quia talis in cute esflorefcit color qualis eſt humor qui redundat. Hac ratione Hipp. *6. epid.* febris prærubæ præpallidæ, & libidæ meminit.

Ex accidenti remoto variæ differentiæ ſumi ſolent, quæ ſunt febris longa, & brevis, nocturna, & diurna, continua, & intermittes, & aliæ ſimiles.

De febre Diaria.

Cum calor præter naturam accenſus eſt in ſpiritibus, fit febris quæ dicitur diaria.

Que vel eſt exquiſita, vel non exquiſita.

Exquiſita eſt illa, quæ ex calefactis ſpiritibus ortum habens per ſpatium unius diei perdurat, ſive fiat à cauſa interna, vel externa, reliquente, vel non relinquente affectum.

Non exquiſita eſt illa, quæ ex vaporibus ab humoribus calidis elevantis fit, quæ media eſt inter diariam, & putridam; convenit enim cum diaria, quia non fit ex putredine humorum, neque ex caliditate facta in par-

ti-

tibus ſolidis: cum putrida verò convenit, quia ex calefactis humoribus ortum habet.

Cauſæ.

Semper fit à cauſa externa, quæ vel eſt pręſens, vel non. Si eſt præſens, admittit curationem ipſa cauſa. Sin autem, nequaquam. Cauſa erit præſens, denſitas cutis, quando fuit facta à frigore, vel à balneo aluminoſo. Non erit præſens, quando fit ab ira, execitatione à calore ſolis, & ſimilibus.

Signa.

Quædam ſunt communia, & quædam propria. Communia ſunt urinæ concoctio primo intuitu, auctio pulſus in magnitudinem, & celeritatem inſignem, ita ut frequentia per exteriorem quietem minimè ſervet proportionem.

Proprium ac inſeparabile ſignum eſt, quod contractio non creſcat in celeſtatem, vel ſi creſcat, id minimum eſt ac cognitu difficile, & parum à naturali pulſu recedens.

Caloris ſuavitas etiam eſt ſignum inſeparabile, & proprium febris diariæ.

Urinæ ſunt benè coloratæ, cum nonnullis ſuſpenſis, vel nebulis.

Propria dicuntur illa, quando, præceſsit ira triſtitia, timor, curæ deuſtio, refrigeratio, laſſitudo, ebrietas, & his ſimilia.

De

De febribus putridis.

In omnibus febribus putridis septē affectus repiriuntur, scilicèt febris, putredo, prohibita traſpiratio, obſtructio, humoris multitudo, humoris craſsities, & humoris glutinoſitas.

Febris varias habet cauſas antecedentes. Quedam ſolum ſunt cauſæ, ut putredo, & fluxio humoris multi, craſsi, aut glutinoſi; prohibita tranſpiratio eſt ſymptoma, & cauſa putredinis., Hæ febrium cauſæ aliquando omnes ſunt præſentes, aliquando non. Sunt præſentes cum febris eſt in principio, nam tunc eſt fluxio humoris obſtructio prohibita tranſpiratio, & putredo. Non ſunt autem omnes præſentes cum febris eſt in alijs temporibus. Nam in augmento febrium non eſt amplius fluxio, & obſtructio prætererierunt. In declinatione, verò ſola eſt putredo (ut in ſtatu) ſed jam evacuatur.

Putredo, vel eſt in toto corpore, vel maximis vaſis, ut in febre ſynocho, vel eſt in una tantum parte. Hæc vel eſt cum phlegmone vel citra phlegmonem. Si eſt ſine phlegmone pars illa quæ obſtructionem habet, in qua putreſcit humor, dicitur focus putredinis. Si humor putret in toto corpore, febris ex eo orta caret acceſsionibus. Si verò in una tantum parte, particulares circuitus ef-

efficit, ſimulque febrem continuam, aut intermittentem. Continuam ſi humor putrefactus in foco, ob ejus multitudinem, aut facultatis expultricis imbecilitatem, intra vaſa continetur. Intermittentem verò ſi propter cauſas contrarias, per habitum corporis expelatur.

De febre Synocho.

Febris Synochus, id eſt, continens, ex ſanguine ortum habet. Caret acceſsionibus, vel circuitibus, & una clauditur acccceſsione, quia certum locum affectum non habet, ſed multos.

Hæc, vel eſt putrida, vel non. Synochus non putris ad diariam refertur, quæ verò putris, Synochus dicitur. Ortum habet ex putredine ſucorum, vel ſanguinis (quod idem eſt) in omnibus vaſis, vel maximis, & calidis, qualia ſunt illa quæ inter alas, & inguina clauduntur.

Cauſæ.

Hujus putredinis cauſa ſolum eſt plenitudo.

Signa.

Sunt maxima plenitudo, & rubor in cute urina craſſa, & rubra, ſomnus immodicus, calor magnus, pulſus vehemens, maximus, celer, creber, & inæqualis.

Tres

Tres differentiæ febris ſynochi. Prima dicitur à Græcis Acmaſtica, à Latinis augeſcens, quia à principio ſuę generationis ſemper habet acceſsionem increſcentem; cauſa eſt, quia in ea plus putreſcit ſanguinis, quam diſsipatur de putrefacto. Secunda dicitur à Græcis Homotonos, cujus acceſsio ſemper eundem ſervat tenorem, id eſt, neque diminuitur, neque augeſcit, ſaltem ſenſibiliter, quod pro venit ex eo, quòd tantum diſsipatur humoris putrefacti, quantum de novo putreſcit. Tertia à Græcis dicitur Paracmaſtica, à Latinis decreſcens, in qua acceſsio ſemper decreſcit, quia plus diſsipatur ex putrefacto ſanguine, quam putreſcat de novo.

De febre Ardente.

Febris ardens non diſtinguntur à continua tertiana, utraque enim fit à bile, cum hoc tamen diſcrimini, quòd in febre ardente obſtrutio fit aplethora: at tertiana continua ab humore craſſo, vel glutinoſo. Differuntque à ſynocho ratione acceſsionum, quibus ſynochus caret.

Cauſæ.

Omnia quæ bilem flavam procreant poſſunt efficere hanc febrem, aër ſcilicèt nimis calidus, alimenta acria, & admodum calida, ut piper, ſinapi, cepæ, alia vinum vetus:

&

& similia; animique, & corporis labores.

Signa.

Lingua arida, aspera, & nigra, ventriculi erosio, sitis intolerabilis, vigiliæ, capitis dolor, & nonnunquam delirium, & moventur ægri ferè semper ab una parte in aliam, dejectiones liquidę, & pallidæ quamvis sæpè alvus dura sit, pulsus celerimus, urina flava, & aliquando alba, quæ delirium futurum significat, fiunt aliquando surdi, & nõnunquam muti.

De tertiana exquisita.

Tertiana intermittens fit ex bile putrescente in loco obstructionis, extra vasa scilicèt. Dicitur *in loco obstructionis*: nam bilis flava tenuis cum sit, obstruere non potest, cum non sit crassa, multa aut lenta; omnis enim obstructio fit ab humore crasso, multo vel lento.

Causæ.

Fit autem febris ex bilæ; hac ratione, quando ab humore crasso aut lento obstructio est in aliqua vena, bilis adveniens perficit obstructionem, & cum ipsa abundet, putrefit non difflata, & hac ratione generat febrem.

Est autem hęc intermittens; quia quando incipit putrefieri bilis in foco putredinis, expellitur extra vasa per sentientia membra, ubi putrefit omnino, & facit accessionem, quæ ut plurimum sudore finitur.

Sig-

Signa.

In principio accesſionis rigor vehemens, & pungans quaſi vulnerans, inæqualitas pulſus, urina ſimilis urinæ eorum qui febræ ardente corripiuntur. Acceſsio duodecim horis terminatur.

De tertiana notha.

Tertiana notha, vel ſpuria eſt febris intermittens, & frequenter fit ex permixione pituitæ cum bile: nam poteſt fieri, ſed raro, à bile vitellina, vel à permixtione aliorum humorum craſſorum cum bile.

Cauſæ.

Omnia quæ bilem, & pituitam ſimul generare poſſunt.

Signa.

Incipit cum rigore mitiori, & leviori quam in exquiſita tertiana, licet ſi longior horror, ſentiaturque frigus actu. Sitis in hac eſt minor, & ſudor. Invētre apparent obſtructiones, aliquando in hepate, & aliquando in ſplene. Acceſio etiam perdurat duodecim horas, & aliquando excedit.

De febre Quotidiana.

Febris quotidiana à pituita putreſcente ortum habet.

Cauſæ.

Fit à pituita extra venas ſingulis diebus

accedens; quæ pituita generatur multories ab alimentis pituitoſis, ut ſunt piſces, herbæ frigidæ, legumina, & ſæpe ſæpius otium.

Signa.

Pulſus inordinatus, & inæqualis tardus, parvu, & debilis, calor non acris nec ſitis, urina alba, aquoſa, tenuis vel craſſa, aut turbulenta. Spatium acceſsionum eſt decem, & octo horarum, & quietis ſex.

De febre Quartana.

Quartana febris eſt duplex. Una intermittens, & altera continua. Omnes fiunt ex atrabile putreſcente in venis.

Cauſæ.

Alimenta melancholica, ut ſalſa omnia; carnes hircinæ, bubulæ, leporinæ, cervinæ, cochleæ, legumina, animi, & corporis labores immodici, & aliarum febrium longitudo, præcipuè, ſi fuerint, ſine ordine, & autumno.

Signa.

Pulſus tardus, & in principio acceſsionis rarus, & durus, in argumento, & vigore velox, & frequens, ægri cutis dura eſt, & denſa. Urinæ ſunt tenues, albæ, & aquoſæ.

De febre hectica.

Febris hectica eſt calor præter naturam habitum corporis occupans.

Æqua-

Æqualis intemperies in omnibus partibus corporis quoniam in calore mutatæ ſunt, reperitur: quem calorem habent ac ſi eſſet propria natura, & ideo ab ipſo non dolent nec moleſtantur (hoc autem quoad ſenſum intelligere oportet.)

Hectica duplex eſt. Una ſimplex, & altera compoſita. Simplex illa dicitur: in qua calor factus eſt in partibus ſine humiditatis alicujus conſumptione. Compoſita verò, quæ ſiccitatem aliquam morboſam habet conjunctam, quam hecticam maraſmodem nominamus.

Cauſæ.

Duobus modis fit febris hectica.

Primò ſequendo alios morbos, febres ſcilicèt ardentes, diarias, & internas inflammationes.

Secundò incipiendo, & ſtatim à principio quę ſimilem habet generationem cum diaria ex cauſa aliqua procatarctica, ſcilicèt ira, triſtitia, intenta, & nimia cognitione, aut laſsitudine cum uſtione.

Hectici oculorum palpebras vixat tollere poſſunt, cutis totius corporis ſicca eſt, impotentia vigilandi eis ineſt, carnium conſumptionem circa tempora habent, ita ut cava appareant. Inteſtina etiam atque viſcera ex-

tenuta habent: hypochondria retracta ad thoracem admodum videntur.

Pulſus autem eſt gracilis, durus, debilis ac frequens. Denique totius corporis magna conſumptio.

De febre Peſtilenti.

Peſtilens febris, eſt epidemia pernicioſa: Epidemia, quia multos afficit. Pernicioſa verò, quia multo, interficit.

Cauſæ.

Communis eſt aër ambiens, quo omnes perpetuo utimur, qui aër calidus, & humidus intemperatus, multos homines ad putredinem diſpoſitos afficit ſua prava qualitate nobis occulta.

Signa.

Febris ab initio maxima, quamvis ſepem exteriora frigeant, & interiora ardeant, capitis gravitas, oris ſiccitas, vehemens ſitis, & vehemens anguſtia, difficultas anhelitus vomitus creber, oculorum aſpectus tornus ac varius, vigiliæ, & deliria, & aliquando propenſio ad ſomnum. Hanc certius confirmant ſi præter iſta, poſt aures, aut ſub alis, aut circa inguina potiſsimum, bubones cum febre prava oriantur, & in alijs etiam partibus anthrax. Si autem in collo oritur tumor præter naturam, cerebrum potiſsimum malè

affici oſtẽdit. Si in alis, cor. Si in inguine, jecur.

De Exanthematis.

Exan themata nomen commune eſt ad omnes cutis efflorefcẽtias, ſed ſpeciatim per exã-themata variolas, & morbillos intelligimus. Duæ ſunt febres, quarum una ſynochus eſt, quæ humorem expellit ad cutim, unde variola, vulgo *pigòta*, & altera tertiana continua, in qua tumores lati, vulgo *pallola* vel *roſa* erumpunt.

In his tumoribus eſt diſcrimen. Nam morbilli ſunt tumores ſicci, ſuppurationis expertes. E contra variolæ, in quibus humor ſtatim vertitur in pus, & ſic multa ulcera facit.

Cauſæ.

Variolæ fiunt à ſanguine putrefacto; morbilli vero à bilioſo humore etiam putrefacto.

Signa.

Dolor dorſi, timor in ſomno, partium ſentientium vehemens punctio, totius, corporis pondus, faciei rubor pruritus naſi, lacrymę, ſanguinis, & humorum, fervor, frequens pandiculatio, palpitatio, vox rauca, ſputum craſſum, capitis pondus, & gravitas, dolor capitis, pungens, oris ſiccitas, animi perturbationes, convulſio, & ſyncope; dolor thoracis, & gutturis, & tremor pedum. Atque hæc de affectum eſſentijs, vel deſ-

criptionibus, causis, & signis dicta sint satis: Nunc restat ad brevem tractatum de materia medica (qui etiam fructus est medicinæ) accedere.

DE MATERIA.
Medica.

RAtio curandi morbos per purgationem antiquis maximè usitata fuit, in quibus quam plurimæ sententiæ proponuntur ab Hipp. *in lib. Aph.* ad purgationes seu ad usus purgantium medicamentorum accommodatæ; nec solum apud antiquos ex usu fuerunt simplicia medicamenta purgantia, verum etiam, & composita, quod etiam ex Galen. varijs in locis colligitur, potissimum tamen *lib. de compositione secundum locos, cap. de Alopecia.*

Utimur autem nunc syrupis ad humores prçparandos ante purgationem. Docebat enim Hippocr. poros, & meatus ipsius corporis aperiendos esse, & ab obstructionibus liberandos, ut melius purgatio procederet. In quem usum oxymel ab antiquis præscribebatur, decoctum similiter origani, tragorigani, & pulegij, & his similia, quæ ad aperiendas obstructiones erant accommodata.

Anti-

Antiquis etiam fuit maxime obſervata coctio ante purgationem: nam ſola cocta medicari oportet: ſcilicet nullos humoris niſi concoctos medicandos eſſe, præcipiebat Hip. una dempta turgentia: nam in hac cum coctio expectari non poſsit, propter pericula quæ ſubſequi ſolent ex turgentibus humoribus, ſtatim prima die purgandos eſſe præcipiebat.

Fuerunt quoque purgantia medicamenta antiquis fortiora, & vehementiora minuſque correcta, ita ut cogerentur ſtatim ab eorum exhibitione aquam, vel decoctum, hordie propinare, ut non detinerentur in parte ſuperiori ventriculi, quæ maximo ſenſu prædita eſt, ut colligitur ex Gal. *Quos, quibus, & quando purgare oporteat.*

Hac tamen noſtra tempeſtate quamvis eadem ratio obſerventur, nihilominus tamen aliqua ſunt medicamenta purgantia antiquis omnino incognita, quæ clementiora, & benigniora ſunt, & compoſita haud dubie magnis correcta. Hæc autem varietas ex varia corporum diſpoſitione profecta eſt. Quare, & diverſis ſyrupis utimur, ad incidendos craſſos humores, ad tergendos qui lenti ſunt, & contemperandos qui plus juſto ſunt calidi, quamvis fortaſſe ipſos attenuare ne-

ceſſe foret, & ad apariendas obſtructiones. In hunc finem multæ, ſed alia ratione pręparatę antiquis compoſitiones fuerunt, qui ſimplicia ferè omnia cognita habebant,

Aquæ ſimiliter diſtillatæ, & varię decoctiones, quæ à medicis indies præſcribuntur, ex plantis, & ex illarum partibus confectæ, ad præparandos etiam humores ſolent adhiberi: ut melius coctio à natura efficiatur. Hujuſmodi autem ſyrupi vulgò concoquentes appellari ſolent: non quod coctio ex eis efficiatur: cum opus ſolius naturæ ſit: ſed quod juvent coctionem ad præparandos humores media attenuatione, deterſione etiam refocillentque calorem obſtructioni ſublata.

Cogimur etiam hac noſtra ætatæ in decoctione ſyruporum aliqua medicamenta, tota ſubſtantia agentia, permiſcere, & ſæpe ſæpius in curatione morbi gallici in quo curando una cum alijs humores præparantibus lignum ſanctum, & zarça, parilla, quæ dicitur ſmilax Indica, ſolent admiſceri, ut tota ſubſtantia pravam morbi gallici qualitatem corrigant in humoribus, & in partibus ſolidis exiſtentem, & eadem opera humorem à natura concoctum ſuperent. Quod etiam in malignis febribus, & peſtilentibus obſervamus, in quibus curandis aliquando una cum ſyrupis per-

permiſceri ſolet confectio hyacinthorum quantitate duarum, vel trium drachmarum (pro una, aut duabus doſibus) præcipiendo; ut optime agitetur. Quod fit eo conſilio, ut prava qualitas corrigatur. Quod ſimiliter in febribus peſtilentibus fieri ſolet, permiſcendo drachmam unam, vel duas theriacæ magnę tanquam alexipharmaci, communis omnibus venenis accomodati.

Hac ratione etiam aliqua medicamenta purgantia cum ſyrupis propinari ſolent, ut ſunt folia ſennæ, fumaria, epithymus, flos ſthœcados, & alia ſimilia, quæ humorum coctionem non impediunt, ut quibuſdam viſum fuit. Non enim in ea quantitate apponuntur, ut poſsint humores attrahere ſua qualitate occultà; ſed cum omnia medicamenta purgantia calida ſint, & ſicca, & ex eo vim habeant attenuandi humores ſi in minima quantitate aſſumantur, hoc ſolum efficiunt, ut multo melius quam alia medicamenta præparàntia; non ſolum à tota ſubſtantia humores reſpiciant, verum etiam à manifeſta qualitate, cum ſimilem habeant naturam cum humoribus, unde permixta cum alijs medicamentis, melius attenuant peccantes humores ob prædictam cauſam.

Citra coctionem non eſſe purgationem exer-

exercendam omnibus notum eſt, neque hac in re diutius immorandum. Nam alioqui non eſſet medicus naturæ imitator, à qua nunquam recta ratione evacuatio fieri ſolet, niſi præcedat coctio humoris, & ſeparatio utilis ab inutili. Præterea moleſta haud dubiè fiet evacuatio, ſi crudo exiſtente humore, purgans medicamentum exhibeatur: utilis enim humor violenter educetur, & per loca ſupervacanea, & per partes in quibus ab obſtructione viæ ſunt impeditæ: unde moleſta fiet evacuatio, in qua vires proſternuntur, neque aliquid effatu dignum ex humoribus noxijs educetur. Sunt enim tanquam excrementa, ſymptomaticæ evacuationes initijs morborum factæ: quæ etſi à natura fiant, à medico ſunt cohibendæ, ne forſan dicta incommoda ſequantur, quod in dies à medicis obſervatur. Verum non ſolum humorum concoctio expectanda eſt ad purgationem, verum etiam viæ apertæ eſſe debent, & hoc eſt quod Hipp. dicebat 2. *Aph. ſent.* 10. *Corpora cum quis purgare volet, ea fluxilia facere oportet.* Quod nihil aliud eſt quam meatus aperire, per quos tranſmittuntur, & attrahuntur humores incindere, & attenuare ubi craſsi, & tenaces fuerint, nam tunc purgatio in omnibus recte procedet, quod in principio, cru-
di-

ditate exiſtente, fieri eſt impoſsibile. Obſervate etiam quæ à Gal. traduntur circa hanc doctrinam 1. *Aph. com.* 24. (nec mirum videri debet) quod humores tranſmittantur, & attrahantur: nam à natura expellente, & à medicamento trahente fieri ſolet purgatio ut ex eodem Gal. colligitur.

Hac etiam noſtra ætate poſt purgationem altero die aliqui decoctum hordei exhibere ſolent eo concilio, ut ſi aliqua portio medicamenti fuerit detenta in parte ſuperiore ventriculi ad fundum feratur, quod optime fit, cum hordeum abſtergendi vim habeat, ubi potiſsimum cum cortice fuerit decoctum. Nec me latet ab Hip. ſtatim à medicamento purgante dictum decoctum propinari, ut colligitur, ex 2. *acutorum ſent.* 25. & ex Galen. *Quos. quib. cap.* 7. neque id etiam citra rationem. Nam noſtris temporibus medicamenta (ut antea dicebabus) quæ habent facultatem purgandi, mitiora ſunt, & benigniora, quàm tempeſtate Hipp. & magis correcta, quæ quamvis ventriculo inimica ſint, non ita ventriculi orificium afficere ſolent, ut antiquitus, quum vehementiora erant, & minus correcta, ut cocciæ indicant pilulæ à Gal. traditæ 1. *de comp. ſec. locos*, & 5. *meth.* Quare cum ventriculo infeſtiſsima eſſent

ne

ne fortè illius orificium offenderetur, cum exquisito sensu prædictum sit, statim à medicamento decoctum hordei ut dictum est) propinabant. Neque hoc in omnibus propinari debet: nam post potionem hiere scilicet Gal. non est quod secundo die dictum decoctum propinemus. Quamvis enim in ventriculo detineatur, nequaquam nocet, cum familiare medicamentum ventriculo sit. Habet enim facultatem non solum roborandi ventriculum ob aromata, quæ illius ingrediuntur compositionem: verum etiam excalefacit pituitam, & attenuat, si aliqua illius portio in ventriculo detineatur.

Sunt, & purgantia medicamenta maximo cum consilio pręscribenda. *Turpis enim est calamitas*, ut dicebat Hipp. *dato medicamento purgante hominem occidere*. Quare observanda exactè erunt, non solum usitata medicamenta, quorum vires experimento cognoscuntur, quod maximè exitiales sint, verum etiam usitata quantitas, ab experimento similiter cognita. Observandum etiam venit non solum in compositis, verum etiam in simplicibus medicamentis, ne forsam modum excedamus in purgatione, ne alienum humorem à peccante educamus. In quibus omnibus ętatis, regio, anni tempus, natura ęgri, & consuetudo, ob-

ser-

ſervanda ſimul ſunt. Nam in calida natura, in regione calida, & cęteris calidis non licet uti fortioribus medicamentis, ut nec in ijs, in quibus vitale robur eſt imbecille, quibus valdè mitià præſcribi debent. Eadem ratione purgantia medicamenta pro quaſcumque levi occaſione non ſunt pręſcribenda: *Corpora enim ſana, difficulter ferunt medicationes*, ut docebat. Hipp. nec parum à medicamento purgante offenduntur.

QUO ANNI TEMPORE PURGARE liceat.

NAm quamvis Hipp. tempore veris id fieri pręcipiebat 6. *Aph. ſen.* 47. & difficulter poſſe media ęſtate, nimirum in diebus Canicularibus, 4. *Aph. ſet.* 5. tamen caute intelligendus eſt. Neque enim ſolummodo docet, purgationem utilem eſſe hominibus tempore veris, ſed tantum in ijs inquibus ob præcautionem illam adhibemus, ne ſcilicet incidant in morbos aliquos, ut rectè interpretatur Gal. *in comm.* multoque minus in totum prohibet purgationem in Cane, & ante Canem quia eſt in media æſtate, quamvis difficilius eſſe affirmet hoc tempore quam a lijs anni temporibus ob cauſas à Gal. traditas *in comm. dicta ſententiæ*, quod verum eſt, hoc unum

con-

concluditur non esse exercendas purgationes tempore æstatis, quemadmodum nec tempore hyemis, nisi mulum urgeat necessitas: nam quæ ad præcautionem fiunt, semper tempore veris faciendas esse moneo cum Hip. In æstate autem dimidiam noctem, exhibenda esse purgantia medicamenta hortor, ut possint ægrotantes hora nona ante meridiem cibum capere, & hac ratione minori cum difficultate evacuatio succedet; sunt enim difficiles purgationes hoc tempore ob ambientis aëris caliditatem, à qua cum exterius ad habitum corporis attrahantur medicamenta, contrarius fit motus humorum: nam à medicamento attrahitur interius, atque ideo multo facilius succedit evacuatio sumpto medicamento ante quam urgeat calor; & contraria ratione tempore hyemis propinare debemus, ne forsan ægrotantes in cubiculo frigido detineantur: retardatur enim à frigiditate purgatio, neque potest idem medicamentum ita facile in actum reduci, neque natura tam facile humorem expellere ut in ambiente calido. Aliquando maximi momenti sunt panni linei calefacti quorum usus maximè, & utiliter probatur si apponantur ventriculo, neque est divertenda natura à sua actione simul adhibito medica-

mento

mento purgante, idque vel cibo, vel via, vel coitu, quod omnium deterrimum eſt in die in quo exerceatur purgatio, ſequenti etiam, & tertio.

DE FORMIS MEDICAMENTOrum purgantium.

PUrgantia medicamenta ſub varia forma hac noſtra ætate præſcribuntur. Nam quædam exterius applicata ad humores educendos ſunt idonea, quę ſolent pręſcribi in forma unguenti, ut eſt unguentum. Arthemiſiæ ſeu de mercurio confectum, quibus ſi ungatur ventriculus, ſolent ſequi dejectiones multæ, potiſsimum ex dicto mercurio, ut in dies fieri videmus in ijs qui ob inveteratum morbum Gallicum dicto unguento curantur. Nam ubi in animo eſt, ut per ſeceſsum aliqui humores educantur, ſufficit in ijs ſimul prompta unctione cum pauco unguento in regione ventriculi manum apponere ad id ut alvus ſolvator, quod ſimiliter fit unguento de Arthanita. Iſtarum tamen evacuationum modus noſtris temporibus non valdè probatur.

Solent interius medicamenta præſcribi in forma ſolida, & liquida; in forma ſolida, per pi-

pilulas, quæ catapotia à Galen. dicuntur. In forma liquida, per potiones, & opiatas dictas.

Est autem pilularum forma quędam compositio, quę pauco cum liquore paratur, videlicet syrupo aliquo. Longo temporis spatio in officinis servantur, ut posint sub minori quantitate purgationes fieri. Verum fit ut medicamenta purgantia sub pilularum forma non ita exacte cum corrigentibus misceantur.

Est autem pilularum quantitas, quæ pro una vice exhiberi solent à drach. j. ipsius massæ ad scrup. iiij. quod est drach. j. & scrup. j. Ita tamen, ut si forsan, quod majori ex parte fieri solet, duæ massæ pilularum pręscribantur, ex unaquaque drach.sem. vel scrup. j. accipiendas esse erit pręscribendum, addito diagrydio, vel scamonio cocto quantitate gran. iij. usque ad gran. v. in robustis, ut illius beneficio acuties medicamentis tribuatur, quæ cum informa solida diutius serventur, solent vim suam aliqua ratione remittere. Cum pilulis etiam est pręscribendum parum aquæ stillatitię fœniculi vel stœchados, dum in animo est caput purgare, quæ quamvis in exigua quantitate sit, non parum conducere videtur inacceptione medicamenti. Erit Autē ipsa

ipſarum pilularum forma in una doſi, ſequens.

R. maſſæ pilul. aggreg. & de fum. terræ añ. ſcrup. ij. diagr. gran. iij. cum aqua fæniculi fiant pil. nu. xj. & deaurentur.

Solent aliquando pilulæ ad uſum præſcribi, ut per epicraſim, & ſenſim educantur humores, & tunc de tertio in tertium, vel de quarto in quartum tres ſunt præſcribendæ, pro unaquaque doſi, erit autem earum deſcriptio ſequens.

R. maſſæ pilul. aggreg. & fœtidarum añ. ſcrup. ij. cum aq. fœn. fiat pil. num. xij. adde uniquique per ſe gran. j. diagredij, & deaurentur.

Hæc eadem forma in reliquis pilularum maſsis ſervanda erit: nam variæ ſunt illarum compoſitiones pro varia humorum natura quos attrahere debent.

Erit autem tempus ad pilulas exhibendas nocte media, præcipiendo ut dormiant ægri. Nam cum hujus medicamenti forma ſolida ſit, majori indiget calore, ideo in quiete, ſcilicet in ſomno, melius in actum rediguntur. Poſtquam verò jam per alvum, vel per os humores evacuari inceperit, ne evacuatio impediatur, in vigilia detinendi ſunt ægrotantes.

Sunt qui exiſtemant pilulas magis conduce-

cere ad educendos humores ex partibus longinquis, neque id citra rationem: nam cum non poſsint cito in actum reduci, divitus detentæ in ventribulo ex longinquioribus partibus valent humores educere, atque ideo ad capitis affectus, oculorum, &c. pilulæ potius ſunt præſcribendæ quam potiones.

Nec me latet hieram diacolocynthidos dictam potentiſsimum eſſe remedium ad humores educendos ex cerebro. Cæterum ob illius ſaporem ingratiſsimum, quantum fieri poterit ab illius uſu abſtinendum moneo. Tum etiam, & quia ventriculo contrariatur. Quod indicat temporis diuturnitas in illius actione: longiſsimo enim tempore in actum reducitur, quod ſignum eſt non poſſe ab ipſo ſuperari.

DE LIQVIDIS MEDIcamentis.

SOlent medici in forma liquida purgantia medicamenta exhibere, & ipſa diſſolvuntur cum decocto communi dicto; ita ut potionis quantitas non excedat unc. vj. quæ eſt quantitas unius quadræ: erit autem purgantium medicamentorum quantitas uſque ad drach. xv. ad ſummum pro una doſi.

Eſt autem advertendum per purgantia hoc loco non eſſe intelligenda ſimplicia, ſed compoſita, id eſt, compoſitiones quæ vulgo laxativæ dicuntur, quarum non exigua eſt ſylva in officinis ad omnes humores educendos parata. In quibus ſunt purgantia medicamenta multum correcta ut poſsint citra noxam ſuas actiones exerere. Solent ferè ſemper dictis potionibus permiſcere ſyrupum roſarum Alexandrinarum ex novem infuſionibus, qui licet ad bilem educendam commendetur, habet facultatem educendi omnem craſſam humiditatem, & potiſsimum ſanguinis ſerum. Quare fit ut à medicis in omnibus ferè potionibus præſcribatur, tum etiam, & quia gratiſsimum eſt medicamentum inter purgantia aliquod aliud, & quia ejus doſis eſt ab unc. j. uſque ad unc. iij. Obſervandum etiam erit quod una quæque unc. hujus ſyrupi idem præſtat quod drach. ij. alterius confectionis laxativæ. Atque ideo ſi in animo fuerit potionem aliquam præſcribere in qua ingrediantur unc. iij. hujus ſyrupi; adnumerandæ ſunt alterius confectionis drach. vj. ita, ut non excedat numerum drach. xv. omnium medicamentorum quantitas. Quando autem in animo eſt in modum opiatæ dictas confectiones propinare, pro

unaquaque dosi cochlearium unum, vel duo sunt præscribenda. Est autē pro unaquaque ad potionem præscribendam sequens schedulas.

R. conf med. hamech, & diaph. añ. unc. sem. syr. ros. Alex. ex 9. infus. unc. iij. decocti communis q.s. misce, & fiat potio. In pueris præter id quod in exigua quantitate sunt præscribenda medicamenta, observa quod in schedulis scribitur ad finem, fiat potio parva, nā si magna fuerit, difficulter propinari solet.

Opiatarum verò descriptio sequens fit.

R. conf. medic. hamech. & diaphæn. añ. unc. ij. syr. ros. Alex. ex 9. inf. q. s. misce, & fiat in modum opiatæ.

Similiter ex alijs medicamentis fieri debet, quia ad multas dies præscribi debent, atque non permiscetur decoctum, ne forsan corrumpantur, & ut diutius serventur.

In opiatis verò, & confectionibus solent permiscere aliquam simplicia medicamenta purgantia, ut Rhabarb. Agaricus, Turbith. & aliquando Helleborus niger. Verum observandum venit, quod ex dictis, in unaquaque potione drach. j. sufficit usque ad drach. ij. dempta helleboro, & turbith, quorum drach. j. quantitas plus justo sufficiens vix permittitur, & una cum his medicamentis quæ ad illa corrigenda veniunt, valent in eadem

sci-

ſcilicèt quantitate, vel dimidia, ut eſt zinziber, quod eſt Agarici, & Turbith. correctivũ ſpicanardi quæ corrigit Rhabarbarum, & his ſimilia. In opiatis verò pro unaquaque unc. confectionis ſufficit drach.j.dictorum medicamentorum adhiberi, ita ut ad unc. iiij. confectionis ſufficiant drach. iiij. Quod ſi medicamentum fuerit ingratum, ut eſt hiera diacolocynthidos (ſi fortaſſe aliquando præſcribenda venit) per ſe ſola præſcripta, vel cum Helleboro nigro, tunc. loc. ſyr. roſ. Alex. ex 9. inf. ſyr. ex cort. citri permiſceri debet in potionibus ad unc. j. ad unc. ij. in opiatis vero q. ſ.ut liquida fiat confectio, magiſque grata ventriculo: nam dictus ſyrupus non parvam habet cum ventriculo familiaritatem.

De torrefactione medicamentorum purgantium.

Aliquando, ſolent medici medicamenta purgantia præſcribere eo conſilio, ut comprimendo evacuant, ita ut evacuatio ſic fiat, ut non multum irritetur natura quod fieri ſolet majori ex parte in dyſenteria, & diarrhœa, id quę potiſsimum quando præſcribitur Rhabarbarum, & myrobalani, in quibus non ſolum ad purgationem, verum etiam ad comprimendum egregia facultas reperitur. Tunc igitur, ut melius id fiat, ſolent medici prædicta medicamenta torrefacere; media enim

torrefactione purgatoria facultas exhalatur & ex compreſsione minuitur, cum in ſubſtantia tenui, & calida exiſtat. Hoc autem dupliciter fieri ſolet, nam, aut multum torrefiunt, aut parum: Multum torrefiunt, quando in animo eſt magis cohibere evacuationem quam ipſam provocare, ut in dyſenria, & diarrhœa, immodica exiſtente evacuatione. Et in hoc etiam eſt diſcrimen, nam ubi multum torrefiunt dicta medicamenta, lavanda ſunt in aqua plantaginis, ut amittant empyreuma ab igne ſuſceptum. Quando vero parum torrefiant dicta medicamenta, non eſt neceſſaria lotio, cum exigua caliditas ſit introducta.

Sint itaque dictorum medicamentorum exempla ſequentia.

R. Cort. myrob. citrinorum, & chæbulorum añ. ſcrup. ij. Rhab. drach. ſem. torrefiant ſyr. roſ. ſicarum unc. j. aquæ arnogloſſæ q. ſ. miſce, & fiat potio.

Alia potio cum lotione.

R. Cort. myrob. citr. & chæbul. añ. ſcrup. ij. Rhab. drach. ſem. torrefiant multum, & laventur in aqua plantam ſyrup. roſ. ſiccrum unc. j. aq. plant. q. ſ. miſce, & fiat potio.

Po

POTIONES PURGANTES EX SIMPLI-cibus medicamentis.

Poſſumus etiam præſcribere potiones purgantes ex ſolis ſimplicibus medicamentis, hoc modo.

R. Agarici recenter trochiſcati cum oxymelite drach. ij. tubith. opt. & electi drach. j. vini albi generoſi unc. j. zinziberis ſcrup. ij. decoct. communis q. ſ. miſce, & fiat potio.

R. Rhab. electi infuſi per hor.xij. in aq. endiviæ, & optime expreſsi dranch. ij. confect. diaphæn. & elect. de ſucco roſ. Meſuæ añ. drach. iij.ſyrup. roſ. Alex. ex 9 inf. unc. ij.decocti communis q. ſ. miſce, & fiat potio.

Hoc tamen unice obſervandum eſt, quod ſcammonium ſeu diacrydium nunquam ingreditur in aliqua ex dictis potionibus ob illius vim, & effrenem qualitatem, ut impiè fieri ſolet à quibuſdam pharmacopæis, non citra magnam perniciem, & medicorum peritorum infamiam. Jam ad ſimplicia, & compoſita medicamenta accedere tempeſtivum eſt.



ME-

MEDICAMENTA SIMPLICIABILEM purgantia rorumque dosis.

Rhab. datur à drach. j. ad drach. ij. (infus.)
Scammon. sive,) à gran. v. ad xij. (in subst.)
Diagrydium.)
Aloë) à drach. j. ad drach. iiij. (in subst.)
Mirob. citr. à drach. ij. ad drach. iij. (in subst.)
Casia fistul.)
Tamarindi.) ab unc. j. usque ad unc. ij.
Manna.)

COMPOSITA EORUMQUE dosi.

Syrup. ros. Alex. ex 9. inf. ab unc. ij. ad iiij.
Elect. de succo ros. à drach. j. ad vj.
Pilul. aggregat. à scrup. ij. ad scrup. iiij.
Pilulæ cocciæ Gal. à drach. j. ad scrup. iiij.
Pilulæ de Rhabarb. à drach. j. ad scrup. iiij.
Pulveris hiertæ simp. Gal. à drach. j. ad v.
Pilulæ de hiera simp. Gal. à scr. j. ad scr. iiij.
Confect. diapr. sol.)
Confect. diacathol.) à drach. j. ad vj.
Confect. hamed.)

SIMPLITIA PVRGANTIA, PITVItam, eorumque dosis.

Agaricus) in ſubſt. à drach. j. ad drach. &)ſem. infuſ. à drach. j. ad drach. ij.
Turbith.) infuſ. à drach. j. ad drach. ij. in ſubſt. à drach. ſem. ad drach. j. coct. ad unc. sē. Myrobol. chebulo. à drach. ij. ad drac. iij.

COMPOSITA PITVITAM, PVRgantia, & dosis.

Elect. de diacarth.)
Conf. diaphœnic.) à drach. ij. ad vj.
Elect. ind. majus, & minus)
Hiera diacol. Gal. ſine) à drac. ij adl vj.
Elleboro, & ſcamon.)
Pilul. aggregativæ.)
Pilul. de Agarico) à ſcrup. ij. ad ſcrup. iiij.
Pilul. cocciæ.)

SIMPLICITA PVRGANTIA, MElancholiam, & dosis.

Elleborus niger. à ſcrup. j. ad iiij.
Fol. ſenæ. à drach. j. ad unc. ſem. (infuſ.
Myrobol. indic. à drach. j. ad drach. ij.
Serum caprinum, ab unc. j. ad vj.

CO[illegible]

COMPOSITA AD IDEM, ET *dosis.*

Confect. hamech.)
Confect. diasenæ.) à drac. ij. ad vj.

Pilul. aggreg.)
Pilul. de fum. ter.) à scrup. ij. ad iv.
Pilul. de lap. laz. à drach. sem. ad j.
Pilul. lucis minores. à scrup. ij. ad iiij.

SANGUINIS SERUM EDUCENtia, *& dosis.*

Syr. ros. Alex. ex 9. infus. ad unc. ij. ad iiij.
Tamatindi.) ab unc. j. ad ij.
Cassiar.)

Ex dictis compositis medicamentis purgantibus, possumus præscribere sequentes formas.

POTIO AD PURGANDAM *bilem.*

℞. Elect. de succo ros. & diapr. sol. an̄. drach. v. syr. ros. Alex. ex 9. infus. unc. ij. decocti communis q. s. misce, & fiat potio.

Ad-

Ad idem pilulæ.

℞. massæ pilul. aggr. & de Rhab. añ. scrup. ij. diagr. gran. iiij. cum aqua fœniculi, fiant pilulæ numero xj. & deaurentur.

Ad idem opiata confectio.

℞. electuarij de succo ros. unc. j. casiæ fistulæ recenter extractæ per evaporationem & diap. sol. añ. unc. j. & sem. syr. ros. Alex. ex 9. inf. q. s. misce, & fit conf. opiata, ad usum Dos. à drach. j. ad ij.

POTIO AD PURGANDUM pituitam.

℞. elect. de diacarthamo, & diaphæn. añ. drach. v. Agarici recenter troch. cum oxim scrup. ij. syr. ros. Alex. ex 9. inf. unc. j. & sem. de cocti communis q. s. misce, & fiat potio.

Ad idem pilulæ.

℞. massæ pil. aggr. & de Agarico añ. scrup. j. diag. gr. v. cum aq. fæn. fiant pilulæ num. xj. & deaurentur.

Ad idem opiata.

℞. conf. diaphœn. & elect. de diacarth. añ. unc. j. Agar. recenter troc. cum oxym. scrup. iiij. zinzib. scrup. j. Syr. ros. Alex. ex 9. inf. q. s. misce. fiat conf. opiata ad usum à drach. j. usque ad ij.

POTIO AD SUCCUM MELANCHOlicum educendum.

R. conf. diaſenæ, & hamech. an̄. unc. ſem. ſyr.roſ.alex.ex 9.inf. unc. iij. decocti cummunis q. ſ. miſce, & fiat potio.

Ad idem pilulæ.

R. maſſæ pil. aggreg. de fum. ter. an̄.ſcrup. ij. diag. gran. iiij. cum aq. fœn. fiant pilulæ num. xj. & deaurentur.

Ad idem opiata

R. conf. diaſenæ, & hamech. an̄.unc.ij.fol. ſenæ pulver. unc. iiij. ſyr. roſarum Alex.ex 9. inf. q. ſ. miſce, & fiat conf. opiata ad uſum à drach. j. uſque ad ij.

Ex his facile eſt, ubi eſt in animo duos vel plures humores evacuare, compoſitum medicamentum conſtituere, ſive in forma ſolida, ſive liquida.

PILULÆ AD EVACUANDAM bilem, & pituitam.

R. maſſæ pil.aggr. & de Agarico an̄. ſcrup. ij. diag. gran. iiij. cum aq. fœn. fiant pilulæ num. xj. & deaurentur.

Ad-

Ad idem potio.

R. elect. de succo rof. & diacarthami añ. unc. sẽ. syr. rof. Alex. ex 9. infuf. unc. ij. decocti communis q. f. misce, & fiat potio.

Ad idem opiata.

R. conf. diap. fol. & elect. de diacarthamo añ. unc. ij. syr. rof. Alex. ex 9. infuf. q. f. misce, & fiat opiata servanda ad usum.

POTIO AD BILEM, ET PITUITAM *educendam ex ventriculo, & primis venis.*

R. conf. hieræ f. Gal. drach. v. Rhodomellis f. unc. j. decocti hordei, & fœniculi q. f. misce, & fiat potio. Aliquando addi solet drach. j. Agarici, ubi magnæ pituitæ copia in ventriculo, & primis venis continetur, idque trocifcati cum oxymelite.

Ad idem ubi ad juncta fuerit febris.

R. Pulveris hieræ f. Gal. & caſsiæ fis. præparatæ añ. drach. iij. Rhodom. f. unc. ij. decocti hord. & fæn. q. f. misce, & fiat potio.

Me-

Medicamenta facultatem habentia evacuandi (vel ut melius dicam leniendi) humores in primis venis contentos nulla indigent præparatione ad hoc, ut ſuas agant operationes. Quæ autem indigent alteratione, vel præparatione ſunt reliqua purgantia medicamenta, præterquam illa quæ torrefacta propinari debent, quare quæ ante expulſionem veniut præſcribenda, his medicamentis, tàm ſimplicibus, quam compoſitis præparari ſolent.

SIMPLICIA PRÆPARANTIA. biiem.

Endivia.
Acetoſa.
Viola.
Plantago.
Portulaca.
Cichoreum.
Bugloſſa.
Roſtrum porcinum.
Nenuphar.
Hor deum.

Ex his aquæ ſtillatitiæ, vel decoctiones fiunt.

Com-

Composita ad idem.

Syr. Borraginis.
Violarum.
Rof. viridium.
De fucco rofarum.
Endiviæ fimplex.
Endiviæ compofitus.
Cichorij.
Aggreftæ.
Granatorum.
Acetofitatis citri.
Limonum.
Acetofæ fimp.
Oxyfacchar.
Rob. de Ribes.

SIMPLICITA PRÆPArantia pituitam.

Fœniculum.
Apium.
Abfinthium.
Mentha.
Pulegium.
Satureia.
Sabina.
Majorana.

Salvia.
Origanum.
Rad. asparagi.
Rad. petro selini.
Rad. præoniæ.

Composita ad idem.

Acetosus simpl.
Acetos. compos.
De duab. rad.
De quinque rad.
Syr. Destœcad.
De mentha.
Oxym. simpl.
Oxym. comp.
Oxym. scyllit.
Rhodomel. simpl.

SIMPLICIA BILEM ATRAM præparantia.

Melissa.
Borrago.
Buglossa.
Fumaria.
Lupulus.
Absinthium.
Majorana.
Scolopendria.

Cap. veneris.
Tamariſcus.
Flores geniſtæ.

Compoſita ad idem.

Oxym. ſimpl.
Borraginis.
Bugloſſæ.
Fumariæ,
Syr. De byzantijs.
De epithymo.
De ſcolopendria.
Regis Sabor. j. de pomis
& eſt valde efficax.

DE *MEDICAMENTIS reſpitibus propria membra.*

Caput reſpicientia.

Meliſſa.
Beronica.
Roſmarinũ coronariũ.
Majorana.
Salvia.
Thus.
Mel. roſatum,
Syr. de ſtœchad.

Torcacem Respicientia.

Tussilag.
Gnaphalion.
Adianth.
Hyssopus.
Salvia.
Scabiosa.
Syr. De Hyssopo.
Violatum.
Liquiritiæ.
De prassio.
De calamintha.
Cap. Ven.
Oxym. simpl.
Oxym. comp.
Oxym. scyllit.

Sed non utimur oxymelite composito, nec scyllitico, & deprassio, nisi in humoribus valde crassis, & viscidis, quia vehementissimi sunt.

Respicientia ventriculum.

Absinthium.
Cuscuta.
Semen fœniculi.
Cinnamomum.

Hos

Hordeum.
Mel rof.
Syr. de Menta.
De abſinthio.
De liquiritia.
De cort. citri.

Reſpicientia jecur.

Cichoreum.
Eupatorium.
Abſinthium.
Cuſcuta.
Oxym. S.
Oxym. C.
Syr. de abſinthio.
De eupatorio.
Bugloſſæ.
De thimo.
De calaminthæ.
De cichoreo.
De endivia.

Reſpicientia renes.

Rad. aſparagi.
Rad. ſaxifragiæ.
Rad. fœniculi.
Cicera nigra.
Syr. de duabus rad.

Syr. viol.
Oxym. S.
Oxym. C.

Uterum respicientia.

Arthemisia.
Melissa.
Nepeta.
Fœniculum.
Oxym. S. C.
Syr. Arthemisiæ.
De rub. tinctorum.
Cap. ven.

DE MEDICAMENTIS concoquentibus bilẽ flavã.

In capite.

Syr. Rosarum.
Violar.
Nenuph.
Papaveris, cujus usus non est ita tutuus.
Acetosæ.
Citoniorum.
Myrtil.
De succo agrestæ.
De succo rosarum.

Aqua

Aquæ lactucæ.
Nenuph.
Rosarum.

In thorace.

Syr. violarum.
De jujubis.
Liquiritiæ.
Papaveris.
Cap. Ven.
Aquæ violarum.
Portulace.

In corde.

Syr. de succo agrestæ.
Acet. Citri.
Julep. Rosarum.
Aquæ acetosæ.
Buglosæ.
Borraginis.
Rosarum.

In stomacho.

Syr. Acetos. S.
Granatorum.
Rosarum.
Oxysacch.
Miva Citoniorum.

Aquæ Citoniorum.
Acethoſæ.
Portulacæ.
Violarum.

In hepate.

Syr. endiviæ S. & C.
De Cichorio.
Acet. S. & C.
Acetoſ. Citri.
Aquæ endiviæ.
Acethoſæ.
Cichorij.
Portulacæ.

DE MENDICANTIS CONcoquentibus pituitam.

In capite.

Syr. de Betonica.
De Stœchado.
Aquæ Betonicæ.
Majoranæ.
Salviæ.
Roris marini.

In

In pectore.

Syr. Cap. Veneris.
De Hiſſopo.
de Praſsio.
De Calamintha.
De liquiritia.
Aquæ Cap. Ven.
Scabioſæ.
Scolopendriæ.
Marrubij.
Thymi.

In ſtomacho.

Syr. de mentha.
De Abſintio.
Mel. roſ. colatum.
Aq. Abſintij.
Menthæ.
Fœniculi.
Rutæ.

In hepate.

Syr. de duabus radicibus.
De quinque radicibus.
De eupatorio.
De byzantijs.
Aquæ Eupatorij.

Prasſij.
Hepaticæ.

In renibus.

Syr. de duabus, & quinq̄ rad.
Oxym. compoſitum.
Aquæ Erucæ.
Cicerum rubr.
Naſturtij.

In Matricæ.

Syr. Arthemiſiæ.
De Calamintha.
Aquæ matricariæ.
Eupatorij.
Arthemiſiæ.

DE MEDICAMENTIS concoquentibus bilem atram

In capite.

Syr. fumariæ.
De epithymo.
Lupulorum
Aq. fumariæ.
Lupulorum.

In

In splene.

Syr. fumatiæ.
Ceterach.
De epithymo.
De pomis sim.
Aq. Scolopendriæ.
Epitimi.
Fumaræ.

In corde.

Syr. de pomis.
Buglogæ.
Aquæ melissæ.
Buglosæ.
Viperinæ.
Borraginis.

Nota me subiunxisse aquas; eo fine, ut si ex convenientibus simplicibus decocta non liceat præparare, illis in promptu uti possis, cum passim in officinis prostent. Solum advertas velim, aquas stillatitias (si suo tempore distillatæ fuerint) toto anni tempore suam propriam, & omnimoda virtutem, & facultatem conservare, quæ non semper ex optatis in plantis viget.

COR-

CORRIGENTIA MEDICAMENTA pergantia.

AGaricum corrigimus cum zinzibere, & oxymelite.

Senna corrigitur cum aniſo, vel ſine eo cum jure gallinæ.

Rhabarb. corrigitur cum ſpicanardi, addito ſcrup. j. ſpicæ ad drach. j. Rhab.

Turbith. corrigitur cum zinzibere in eadem quantitate drach. j. ad drach. j.

Scamonium corrigitur coquendo ipſum cum malo cotoneo, & fit diacrydium; ſimiliter corrigitur cum maſtiche, cum thure, vel cum pulegio, & ideo ad emendandas noxas quæ in ventriculo ex ſcammonio fiunt miſcetur cum decocto myrobolanorum, vel aqua Citoniorum; cujus doſis eſt ſcrup. ſem.

Myrobalani non habent aliud correctivum, quam torrefactionem; quia clementiora ſunt: in qua tamen vis purgandi perit.

Tamarindi ſimiliter carent correctione: nam tamarindorum pulpa datur ad ardorem in quantitate unc. j. & totidem caſsiæ ſiitu cum drach. j. Rhab. & aliquando citra correctionem.

Po-

Polypodium corrigitur cum zinzibere, cinnamomo, vel ſemine aniſi.

Epithymus corrigitur additis aliquot granis piperis, vel ſalis gemmæ.

Elleborus corrigitur cum ſeminibus calidis, vel odoratis, ut aniſi dauci, fœniculi, vel petroſelini.

Hæc omnia veniunt corrigenda, præcipuè cum adminiſtrantur per ſe: nam cum præſcribuntur cum alijs confectionibus, tunc temporis parum refert (etſi ſemper prodeſt) abſque correctione propinare. Jam tempus eſt de clyſteribus aliqua pertractandi.

DE CLYSTERIBUS.

Clyſter. eſt medicamentum per ſedem injectum ad ſolvenda potiſsimum inteſtinorum excrementa: quamquam etiam ad alios uſus quotidie clyſteres à medicis adhibeantur.

Clyſter. duplex eſt, alter ex parte evacuans, nempè ex inteſtinis, alter ex toto corpore. Prioris meminit Galen. 4. *Aph. comm.* 2. ubi poſt medicamenta purgantia poſſuit errhina, & apophlemaſtiſmata, tamquam ex parte evacuantia particulariter, cum ex cerebro hu-

humorem educant: & addit ſtatim clyſterem eſſe ex eodem genere, ac ſi dixiſſet. Medicamentum eſt clyſter evacuans ex parte, ſcilicèt ex inteſtinis, ut ſupra dictum eſt. Poſterioris meminit idem Gal. *lib. de ſalubri dieta, com.* 15. Quo loco ut in anigma humorem facilius educeret, clyſteris purgantis meminit, tumetiam, & 2. *de comp.med. ſec. locos cap.* 10. ex Archigenis ſententia, clyſterem evacuantem ex toto corpere validum propinabat, ut ea quæ infima hepatis parte erant evacuaret. Id etiam nobis demonſtrat quotidiana experientia in curanda apoplexia, cæteriſque caroticis affectionibus: tum etiam, & in quotidianis febribus; in quibus quandoque medicamenta purgantia, ut eſt Agaricus. Diacatholicon, & benedicta, per ſedem inijciuntur.

Eſt etiam uſus clyſterum utilis ad diſcutiendos flatus, & quod magis eſt, ad nutritionem aliquam faciendam.

Sed quoniam quæ dicta ſunt rudibus difficilia videri poſſent, id amplius, à nobis explicandum erit: nimirum qua ratione, ea quę per ſedem inijciuntur, poſsint nutritionem efficere, tum etiam, & ex cerebro, & ex toto corpore evacuare: cum certiſsimum ſit non poſſe ea quæ per ſedem injecta ſunt, ſecundum ſubſtantiā ad ventriculū pervenire. Quare

re obſervandum eſt primo craſſa inteſtina eadem tunica prædita eſſe ac tenuja, quemadmodum, & ventriculum; unde eandem vim habent concoquendi, etſi minorem ob excrementorum proventum.

Secundo obſervandum eſt, poſſe inteſtina craſſa longiori tempore alimentum concoquere, quamvis nutritio inſignis nequaquam fiat ex hac coctione, unde ſimiliter medicamenta poſſunt à calore inteſtinorum reduci in actum. Et licet illorum ſubſtantia non perveniat ad ventriculum, neque ad aliã partem ulteriorem: poteſt tamen vis, & facultas medicamenti ad longinquas partes pervenire.

Tertio obſervandum eſt, ea non eſſe in magna quantitate per ſedem inijcienda, quæ in animo eſt, ut diutius detineantur: nam inteſtina pondere gravata, ſubitò ad ea expellenda moventur. Et ideo recta cum ratione medici clyſteres nutrientes in exigua mole præſcribunt, ut hac ratione diutius immorentur in inteſtinijs. In alijs verò clyſteribus adminiſtrandis contraria ratione fit: exhibentur enim in magna mole medicamenta, ut inteſtina gravata, ſtatim ad expellendum moveantur, ſive purgans clyſter ſit ſive lenitibus, à quo ſcilicèt alvus ſolum emolilitur.

Ex

Ex his manifeſtum fiet, quare purgantia medicamenta per ſedem iniecta breviori tempore evacuationem efficiant, quam exhibita per os, quamvis minor ſit color in inteſtinis, quàm in ventriculo.

Pro cujus explicatione obſervandum eſt, purgantia medicamenta duplicem habere ſubſtantiam, alteram à qualitate manifeſta, alteram à tota ſubſtantia. Aqualitate manifeſta plus juſto ſunt acria, quia ſunt plus juſto calida, & ita irritando ſecundum hanc facultatem ſolent aliquando evacuationem efficere, ut accidit in clyſteribus, in quibus purgantia à qualitate manifeſta ſunt ad mixta: nam partem irritat vis prius in actum reducta, quam illa quæ eſt totius ſubſtantiæ, cum gravata pondere inteſtina, atque irritata ſubitò evacuationem efficiant: ita tamen ut evacuatio ex toto fiat corpore, & ex cerebro; quæ quidem in potionibus, & pilulis fieri non poſſunt. Nam quamvis pars quæ irritat, prius in actum reducatur, cum non ſit mole gravatus ipſe ventriculus, nec qualitate medicamenti citò irritatus, non movetur ad expulſionem: & ideò progrediente ulterius actione caloris pars purgativa in actum reducitur, ita ut non irritando, ſed atrahendo à ſimilitudine

totius ſubſtantiæ humores, educantur. Ex quibus manifeſtum fit, quod ſi verb.g.unc. ij. Diacathol. per ſedem inijciantur medio clyſtere, & totidem per os, citius, & promptius clyſtere evacuatio fiet.

Eſt præterea alius uſus in clyſteribus non contemnendus; quando ad cohibendum alvum, & ſedandas dejectiones in diarrhœa, & dyſenteria inijciuntur: tum etiam ut ſomnus concilietur. Eorum enim benefica humectatione facultas medicamentorum cerebrum petit, etſi per ſedem iniecta ſint.

Valent etiam clyſteres aliquando ad tergenda ulcera inteſtinorum, & ad eadem agglutinanda: qui omnes uſus nec parvi, ſunt nec exigui momenti, imò maximè conſiderationis, & ideo ſingulorum formam inſtituo.

Clyſter nutriens.

R. Juris carnium arietis, & gallinæ quadram unam, olei. roſ. unc. j. vitellorum ovorum num. 2. miſce pro enemate; adhiberi debet tepidè, ut diutius detineatur.

Clyster lenitivus.

R. aquæ fontanæ quadram j. & ſem. olei communis, & mellis añ. lib. ſem. ſalis gemmæ drach. j. conquantur ad ignem, ita ut recte miſceantur, & calidus adminiſtretur.

Alius ad idem.

R. decocti herbarum emollientium, ſ. malvarum achanti, mercurialis, violarum, betę, & furfuris lib. j. olei roſ. & viol. añ. unc. ij. conf. bened. & hieræ ſ. Gal. añ. unc. j. ſalis gemmæ drach. j. miſce, & fiat enema.

Ad pituitam, & flatus diſcutiendos clyster.

R. decocti rutæ, ſem. lini, radicum althęæ, & Chamo. lib. ij. & ſem. olei rutacei unc. ij. olei viol. unc. j. Agarici drach. ij. miſce pro enemate.

Hic clyſter calidus adminiſtretur, ut diutius ſi fieri poſsit detineatur.

Clyster irritans, ex capite, & alijs partibus humores educens.

R. Centaurij minoris m. j. furfuris, ſem. fœ-

fœniculi, & lini añ. p. j. coquantur omnia in ſufficienti quantitate aquæ, donec tertia pars abſumatur, cola, & decolatura ſume lib. ij. hieralogodion. unc. j. benedictæ unc. ſem. olei rutacei unc. iij. miſce pro enemate.

Cilidus adminiſtretur, & ſi vis majorem irritationem efficere, adde trochiſc. Alhand. drachm. ij. valet potiſsimu m in apoplexia.

Clyſter diſcutiens flatus, potiſsimum ex utero.

R. juris inteſtinorum arietis quadras iij. florum meliloti, & ſem. lini añ. p. j. coquantur cum predicto jure, de quo accipe quadras ij. olei chamemæmelin. vel aneth. unc. iij. miſce pro enemate.

Clyſter ad contemperandam aliquando acrimoniam in febribus.

R. hordei integri p. j. coquatur in quadris quatuor aquæ uſque ad conſumptionem medietatis cola, & accipe quadram j. & ſem. ſacchari albi unc. ij. miſce pro enemate, & tepidè adminiſtretur.

Alter ad idem.

R. lactis capriniquadras ij. rectè bulliat ad ignem, cola, & tepidè adminiſtretur.

Clyſter ad abſtergenda ulcera inteſtinorum.

R. hordei integri p. j. coquatur in quadris iiij. aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, cola, & colaturæ adde mellis albi coclearia iiij. vel. Rhodomellis in eadem quantitate, miſce pro enemate, & calidum adminſtretur, ſicque dicitur lavativum.

Clyſter contra fluxum.

R. lactis caprini lib. iiij. coquatur ad ignẽ, & poſtquam ebullierit fac chalybeare, vel extinguantur in ipſo lapides igniti, & tepidè adminiſtretur: & ſi in animo eſt magis cohibere fluxum, adde amyli unc. ſem. & ſi forſan in animo eſt uti extremis remedijs, cum lacte miſceatur drach. j. philonij majoris, aut Perſici.

Ad idem alius.

R. hordei integri, roſ. ſiccarum, plantaginis, ſanguinariæ, burſæ paſtoris, caudæ equinæ añ. p. j. coquantur omnia inaqua ad conſumpt. tertiæ partis, cola, & adde vitellum ovi olei roſ. unc. j. amyli toſti unc. ſem. miſce pro enemate.



Ad idem, & conciliandum somnum.

℞.hordei integri, rof.ficcarum, & fol.plantag. añ. p. j. capitum papaveris contuforum cum fem. num. ij. coquantur omni in debita quantitate aquæ cola, & de colatura accipe lib. j. amili unc. j.vitel. ovurum nu.j. olei rof. unc. ij. mifce pro enemate, & calidum administretur.

Clyfter ad conglutinanda ulcera.

R. juris pedum hirci quadr. ij. amili unc. j. mifce pro enemate, & tepide adminiftretur. Ad hunc etiam ufum valet lac chalybeatum, quod cruftam inducant fupra vlcus.

DE SUPPOSITORIIS.

Cogimur, & aliquando in forma folida per rectum inteftinnm medicamenta intromittere: tum quia clyfteres minus recipiantur à quibufdam, tum etiam quia magnò cum periculo adminiftrentur ij. qui hernia aliqua laborant, & potifsimum inteftinali dicta, & proinde hanc formam inftituo.

Suppositorium ad sub ducendam alvum.

R. pul. hieræ picræ drach. ij. salis gemmæ drach. j. mellis. q. s. misce, & fiant duo suppositoria filo appensa.

Ad idem aliud.

R. conf. hieræ picræ drachm. ij. benedictæ drachm. sem. salis gemmæ drachm. j. mellis q. s. misce, & f. duo suppositoria, ut supra.

Aliud multum irritans.

R. specierum hieræ logod. drach. ij. salis gemmæ drach. j mellis q. s. misce, & f. duo suppositoria filo appensa.

Ad idem aliud.

R. interioris colocynthidos Gal. drach. ij. salis, &c.

Suppositorium ad sedandum dolorem fluxumque cohibend. in intestinis.

R. philonij majoris drachm. ij. opij grana iiij. mellis q. s. misce, & fiant duo suppositoria filo appensa.

DE

DE VOMITORIIS.

Etſi vomitus non ſit procurandus niſi urgeat neceſsitas, cum exhibere ut evomat non vomenti periculum ſit, nec citra rationem fiat vomitus per ſuperiorem ventrem, in quo valde exquiſitus ſenſus viget ob nervos recurrentes dictos, qui ſanè inſignes ſunt; nihilominus tamen aliquando cogimur medicamenta vomitum provocantia preſcribere. Ad id autem efficiendum non ſolum mitiora exhiberi debent, & quæ tergendo, irritando, & impellendo ventriculum præſtent; verum etiam in hoc caſu mos fuit antiquis, medicamentis purgantibus ad vomitum accommodatis uti, quæ inter purgantia vehementiſsima ſunt, ut eſt Elleborus, qui inter omnia, quæ per vomitum nata ſunt humorem educere, maximè commendatur. Quod autem vomitoria antiquis in uſu eſſent, teſtatur Hip. 5. *Aph. ſent. 6. 7. & 8.* & alibi. in quibus ſententijs præcepta ab Hipp. proponuntur ad dictas purgationes præſcribendas.

Sunt etiã ex uſu vomitus in quibuſdã morbis curandis, ut ſit potiſsimũ in cholera morbo curando, & in tertiana notha, & ſimiliter in alijs morbis, in quibus os ventriculi affici ſolet aliquo humore plus juſto moleſtante.

Debeat autem ſemper vomitus fieri exhibito medicamento vomitorio in magna quantitate, ita ut quantitas potionis ſint quadræ iiij. vel amplius. Tutius eſt demum à cibo vomitum excitare, potiſsimum in tertianis curandis.

Cæterum conſueverat Hipp. corpora præparare, ut vomitoria medicamenta præſcribere, quiete, & alijs, quibus ventriculus humidus reddebatur, deinde corpora humida reddebant, & mitiora medicamenta exhibebat, per vomitum. Huc accedit conſuetudo antiqua invomendo: erat autem vomitus maximè in uſu, quod contra fit hac noſtra tempeſtate: unde majori cum periculo ſolent purgationes per vomitum fieri. Et ſi aliquando accidat ut per vomitum pharmaco exhibito humores educantur, maxima anxietate, & non exiguo labore vexari ſolent ægrotantes. Tunc autem prudens medicus, vomitum cohibentia non debet præſcribere, ne ſcilicet mortis ſit auctor: ſed potius medicamenta vomitoria adminiſtrare. Vomitus autem ut felicius ſuccedat, digiti intra gulam inferendi, vel penna oleo imbuta ut ex his, nuſcabundis factis ægrotantibus, vomitus efficiatur. Neque incommodum eſt aliquod medicamentum vomitorum commu-

mune præſcribere, ut qui in ventriculo ſunt humores melius educantur.

Eſt autem vomitus humoris innatantis eductio ſive evacuatio. Nauſea verò ex humore impacto fit in orificio ventriculi ſuperiori.

Vomitorium Commune.

R. hordei integri p. ij. & ſem. fœniculi p. j. & ſem. ſeminis raphani p. j. coquantur omnia in lib. iij. aquæ ad conſuptionem medietatis, cola, & colaturæ adde ſachari albi unc. ij. aceti optimi cochlearia ij. vel iij. miſce, & fiat vomitorium.

Vomitorium purgans.

R. Ellebori nigri, & Agaric. an̄. drac. j. aquæ mellis unc. iij. miſce, & fiat potio, etſi non ſit tuta, ſed ſi adminiſtretur: ſit tepida.

DE SUPERPURGATIONIBUS.

Accidit aliquando ut immodica purgatio ex medicamento aſſumpto contingat, quod potiſsimum cognoſcitur ex defectu virtutis; quum vires langueſcunt, & pulſus debiles fiunt. Aliquando etiam citra immo-

dicam purgationem maxima anxietate, & dolore ægrotante, cruciantur in orificio ventriculi ob portionem pharmaci ibi relictam, vel ex humore plus justo irritante, quem medicamenta sua facultate attrahit: huic semper occurrendum est adhibito amyllo; quantitate unc. j. decocto in aqua, & moderate frigida adhibita.

Ad immodicam verò purgationem conducunt crurum frictiones, pedum potissimum, & manuum, tum etiam, & offam panis biscocti in optimo vino madefactam propinare, & si ulterius progrediatur immodica purgatio, supra ventriculum appones interiora panis cum vino optimo obruta, & ad ignem parum cocti, ad miscendo drach. j. vel drachm. ij. cinnamomi, & si sæviat evacuatio, drach. j mastichis. In hoc casu conducunt clysteres ex lacte cocto, & quandoque etiam healybeato, cui amylum interdum utiliter permiscetur. Conducet etiam aquam chalybeare. Sint alimenta adstringentia, & boni succi. Conficiantur juscula ex gallina, & ariete, in quibus fructum mali citonei vel pyri cum corticibus decoquatur: cum quo jure panem conficies tritum, & prius coctum, vulgo (*pan rallado*) ad miscendo semper parũ cinnamomi. Quæ omnia non citra rationem

à no-

à nobis obſervatur, ſi aliquando contingat purgationem in multos dies trahi.

Quod ſi contra ex medicamento aſſumpto exigua, vel nulla evacuatio ſuccedat, quod fieri ſolet eodem die, nihil movere oportet præter appoſitionem pannorum calidorum ad ventrem: altero verò die clyſter communis præſcribendus eſt. Quod ſi id non ſufficiat, iterum erit repetendus clyſter medicatus cum hiera, & benedicta.

De Errhinis medicamentis.

Aliquando poſt univerſales evacuationes, & particulares per purgantia medicamenta factas, ſolent medici utiliter humorem ex eadem parte educere, quod fit potiſsimum per errhina medicamenta, & maſticatoria, cum quibus ex cerebro particulares humores educuntur. Dicitur autem errhinum medicamentum evacuans per nares, & hoc duplex eſt humidum ſ. & ſiccum. Humidum manu imponitur tepide mane, & jejunio corpore, idque tribus, vel quatuor vicibus, ita ut pro unaquaque vice poſt atractum medicamentum nares optimè repurgentur ab omni humore, & excremento. Siccum errhinum in pulverem reducitur, & per pennam intra nares exſuflatur: quamvis ſoleant aliquando cum aliquo aliquore, vel citra li-

quo-

quorem dicta errhina imponi, ita ut uncto filonaribus aptentur.

Sicca errhina.

Piper, castoreum euphorbium, elleborus albus, & niger, Agaricus, ex quibus pulvis componitur æquis partibus in hac farma.

R. piperis, castorei, ellebori añ. drach. j. pulverisentur, & misceantur.

Ad idem aliud.

R. piperis, & ellebori añ.drach. j. succibetæ, & majoranæ depurat. añ.q. s. misce, & ad ignem misceantur in forma liquida.

Errhina humida.

Parantur hæc errhina ex succo brassicæ, ceparum, absinthij, radicis nigellæ, marrubij, betæ, majoranæ, qui duo succi posteriores magis apud nos sunt in usu. Errhinum humidum fit hoc modo.

R. succi betæ depurati unc. sem. Agarici scrup. sem. & mellis drach. iij. misce.

Est tamen advertendum quod majorana non ita reperitur ut beta, & ita magis tutum erit ex succo betæ errhinum præscribere, cui aliquando miscebis succum ireos depuratum.

Horum est usus in longis, & diuturnis morbis capitis, ut sunt dolores diuturni, alijsque

ut

ut in morbo comitiali, ad revellendam diſtillationem impetum facientem in cavitatem pectoris, & ventriculi, & in fauces, & aliam quamcumque partem. Commendantur etiam oculorum diuturnas affectiones, ut ſunt opthalmiæ, ſoffuſiones, ungues, & aliæ hujuſmodi. Valent etiam ad difficultatem odoratus, ad nervorum obſtructiones, & aliquando ad tergenda ulcerà, quę fieri ſolent in morbo gallico circa colatoria, in quo affectu fieri ſolet eroſio in oſſe ipſius naſi, ita ut os concidat.

DE MASTICATORIJS.

Ad eos uſus ad quos erthina præſcribuntur à medicis, maſticatoria, apophlegmatiſmata, dicta, præſcribi ſolent. Nomen autem ſumpſerunt ab eventu, quod ſcilicèt in ore detenta, & ipſa maſticando, per os humores ſoleant educere, & evacuare, potiſsimum ex cerebro facilius, & ventriculo, & alijs vicinis partibus. Sunt autem hæc medicamenta varia, ex quibus alia mitiora, alia fortiora dicuntur.

Mitiora ſunt.

Hyſſoppus, thymus, nux muſcata, origanum, & pulegium.

Valentiora sunt.

Sinapi, pyrethrum, piper, semen staphisagrios, mastiche, zinziber, & radix acori. Hæc aliquando per se sola detinentur in ore, & veluti commandücantur, dentibusque confriguntur. Aliquando ex his solent medici cum cera orbiculos parare in modum lupinorum, ut hac ratione in ore medicamenta detenta suum efficiant opus, est autem orbiculorum descriptio sequens.

R. medullæ seminis staphisagrios unc. sem. mastichis, pyrethri, piperis, & radicis acori aā. scrup. ij. ceræ albæ q. s. misce, & fiant orbiculi in modum lupinorum. Quod si forsan hæc medicamenta non reperiuntur, ex aliis simplicibus in eadem quantitate orbiculos confice. Commendantur autem masticatoria in apoplexia, & paralysi curandis, & potissimum nux ipsa moscata, cujus fructum statim in ore detinendum esse præcipiunt medici in paralysi curanda. Atque dicta sint masticatorijs, quibus pituitam ex cerebro per palatum evacuamus.

DE SUDORIFICIS.

Solent medici aliquando curationem mo-

moliri per sudorem; applicatis ad id moventibus sudorem, idque cupiiciter; vel in forma humida, vel sicca, & sic vulgo dici solet (*estuphas en seco, ò sudores con baño.*) Quod potissimum fit in morbis frigidis curandis. Sufitu etiam interdũ utuntur in aliquibus morbis vel unctione, per hydrargyrũ, ut in lue venerea.

Parantur sudorifica medicamenta in forma humida quibusdam sacculis longitudine duorum palmorum, & latitudine unius palmi: qui sacculi adimplentur medicamentis sudorificis, deinde in aquam igni superpositã conijciuntur, donec bulliant vehementer. Hos sacculos sic calentes, prope caput unus apponitur in summitate; alter verò prope pedes, alter curvatis cruribus, in spatio vacuo ingenua, similiter brachijs in unoquoq; spatio unus est apponẽdus, deinde rectè cooperiatur æger, & jaceat forma supina. Sunt autem medicamenta quę intra sacculos ponuntur sequentia.

R. salviæ montanæ, roris marini coronarij, majoranæ, fol. lauri, basiliconis sylvest. chamæm. rutæ, origani, menthæ, & pulegij, añ. p. xij. piperis lib. j. caryoph il. unc. j. myrrhæ unci. se. ligni aloes, & cinnamomi añ. drachm. j. ros. siccarum p. v. contundantur omnia, & indicta forma hi sacculi impleantur.

Sup-

Sudorifica in forma ſicca parantur ex Cinnabrio (vulgo ſanies draconis, vel vermellon) in hac forma præcipiunt, ut æger nudus in cubiculo plus juſto calido ſtet, ipſumque rectiſsimè cooperiendum eſſe præcipiunt cum ſtet rectus, ita tamen ut caput, & os nequaquam cooperiantur: ſolet enim vapor Cinabrij infeſtiſsimus eſſe thoraci, & nervis. In hac ergo forma detento egro ſupra prunas ignitas apponant Cinnabrij unc. ſem. ex quo vapor quidam calidiſsimus, & vehementiſsimus elevari ſolet, qui ob ſuam vehementiam, & caliditatem ſudorem exitat quam plurimum. Sunt autem qui hujus medicamenti uſum reformidant ob illius ferveſcentiam (& meritò) nec utuntur niſi in morbo Gallico admodum, pertinaci, & alijs ſimilibus.

Præſidia verò pro lue venerea curanda efficaciſsima eſſe inunctiones ex hydrargyto plerumque experti fuimus: adeò ut quos dięta ex radice Chinæ, & Guaiaco,& ſarſa parrilla curare non potuerat, hoc poſtea adhibito remedio, ex toto revaluerint. Hoc modo unguentum paretur.

℞. axungiæ ſuillæ ſine ſale unc. viij. argenti vivi deſſæcati unc. iiij. cineris ſarmentorum, lithargyri, & ceruſæ añ. unc. j. maſticis unc.

ſem

ſem. olei laurini unc. ij. ther. magnæ unc. ſem. agitetur primo loco argentum vivum cum axungia, poſt cujus extinctionem reliqua adantur, & fiat unguentum.

De medicamentis digerentibus evacuantibus.

Sunt autem medicamenta digerentia evacuantia, quibus medici potiſsimum utuntur ad humores digerendos, qui ſunt in tumoribus prçter naturam, & etiam in partibus dolore affectis. Valent ſimilia ad diſcutiedos flatus, tum etiam, & ad calefaciendas, partes refrigeratas, & roborandas imbecilles ex frigida intemperie. Hæc digerentia, vel mitiora ſunt, vel vehementiora.

Mitiora ſunt oleum chamomelinum, roſaceum, amygd. dul. aneth. & de nucibus.

Valentiora ſunt oleum iniperi, rutaceum, abſinthij, amygd. amararum, oleum laurinum, oleum nardinum, oleum vulpinum, & oleum ſcorpionum.

His utimur aliquando ſolis, ungendo partes cum aliquo ex dictis oleis, & ex alto ſuper infundendo ſupra partem, aliquando verò unguenta ex his conficiuntur cum cera, & aliqua axungia humectante habent vim digerendi.

In forma liquida ſic præſcribitur.

R. olei chamom. & anethini añ. unc. ij. miſce.

In modum unguenti talis eſt forma.

R. olei vulpini, & ſcorp. añ. unc. j. olei laur. unc. ij. axungiæ gallinæ drach. iij. axungiæ vulturis drach. ij. ceræ parum, miſce, & fiat unguentum.

De Medicamentis evacuantibus per urinam.

Per urinam potiſsimum humores crudos & craſſos ſolent etiam medicamenta aliqua evacuare, ubi per coctionem à natura moventur: nam tunc naturæ motum ſervamus, quæ ſolet magna ex parte hos humores per urinam movere, raro vero per alvum, juxta Gal. *ſentent.* 3 *prog. com.* 23. Hæc autem medicamenta quam plurima eſſe ſolent, potiſsimum autem ſequentia.

Radices paſtinacæ, folia raphani, cicera nigra, & alba, terebinthina abietis cum ſaccharo confecta in modum pilularum, radices aſparagi, rad. fœniculi, ſemen petroſelini, dauci, & aniſi. His utimur etiam ad tollendas obſtructiones: nam diuretica, aperientia ſunt. Verum in tertianis nothis utimur ubi

diu-

diutius traxerint, & potiſsimùm quando iſta diuretica ſunt multum calida: & tunc optimum erit ſi una cum his ſemina cucurbitæ coquantur contuſa, mundata tamèn à cortice; nam ſemen cucurbitæ, quamvis frigidum ſit tenuium eſt partium, & aliqua ratione diureticum. Erit autem deſcriptionis forma ſequens.

℞. ſem. cucurbitæ contuſ. unc. ſem. cichorij cum toto borraginis, & cap. veneris añ. m. j. corticum rad. aſpar. unc. ij. cicerum nigrorum num. xv. coquantur omnia in ſufficienti quantitate aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, cola, & de colatura accipe lib. ij. ſyr. cap. veneris, & de v. rad. añ. unc. iij. miſce, & ſi mavis dictam decoctionem cum ſaccharo poteris exhiberi, pro quinque, aut ſex doſibus.

De medicamentis moventibus menſes.

Moventia menſes eadem ſunt ac divertica. Præcipuè obtinent principatum in his cap. veneris, cort. rad. ſabinæ, arthemiſiæ, & limatura chalybis, vel ſcoria ferri cum aceto præparatæ, dummodo prius in tenuiſſimum pulverem redactæ fuerint. Hæc non niſi poſt univerſalem evacuationem

totius corporis ipſiuſque ventriculi uſurpantur.

Formantur etiam ex limatura ipſa pilulæ vulgo dictę *de la ferricha*, vel deribes: quæ conficiuntur cum mithridatica confectione, & antidoto hæ magogo añ. q. ſ. ut informã maſſæ pilularum limatura chalybis deducatur. Sunt ſemper in exigua quantitate conficiendæ ad magnitudinem v. granorum piperis.

Pręparatur etiam in forma confectionis aliquando permiſcendo pulverem chalybis in quantitate unc. ij. cum melle optimo, & deſpumato, cujus quantitas ſunt cochlearia duo, aut iij. In pilularum verò forma, num. vij. vel viij. unoquoque die mane jejuno ſtomacho.

Eſt tamen maximè obſervandum, ut per ſpatium unius horæ continuò mulieres moveantur, ſenſim de ambulando. Pilulę inſchedula ita deſcribuntur.

R. maſſæ pilul. ex limatura chalybis unc. ſem.

Confectio ſic diſcribitur.

R. limaturæ chalybis præp. unc. ij. cinnamomi drach. ij. mellis deſpumati unc. vij. miſce, & fiat confectio.



De

De medicamentis pectoralibus.

Sunt quædam medicamenta in uſu apud medicos ad humorem in cavitate thoracis educendum, quę aliqua ratione evacuantia dici poſſunt, vulgo dicta *lamedores*, à lambendo, ſenſimque degluriuntur. Sunt autem ex his quædam mitiora, alia verò vehementiora. Mitiora ſunt conſer. viol. ſyr. viol. ſyr. liq. conſer. cap. veneris, ſy. cap. veneris, & oxym. Potentiora ſunt ſyr. de hiſſopo, de praſsio, oxym. ſcyll. quod ſemper in exigua quantitate preſcribi debet ob illius vehementiam, & à cerrimum ſaporem.

Sunt, & pectoralia Elect. diatragacanli. frigid. ſuccus liquiritię, diaireos, confectum ex radice lilij albi, quod eſt potiſsimum pectorale.

Sunt etiam, & pectoralia, amilum, pęnidię, ſacch. cand. ſimpſex, & violaceum, & cap. ven. radix liquiritię, hyſſopus, jujubę, ficus pingues dactili; quales apportantur ex Argel.

Syrupi pectorales præſcribuntur in hac forma.

℞. ſyr. cap. ven. & viol. añ. unc. ij. miſce.

Alius fortior.

R. ſyr. liq. unc. iij. oxym. ſ. unc.iiij. miſce.

R. ſyr. liq. & cap. ven. añ. unc. iij.oxym.ſ. unci. ij. miſce.

Alius fortior.

R. ſyr. liquirit. & oxym. ſimp. añ. unc.iiij. oxym. ſcylit. unc. j. miſc.

Forma decoctionis pectoralis.

R. liq. raſæ, & contuſæ un.ſem. cap. ven. & hyſſ. añ. m. j. jujubarum num. iiij. coquantur omnia in ſufficienti quantitate aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, cola, & pro uſu ſerva.

Fieri etiam ſolent ad expurgandum pectus alia medicamenta in forma diverſa, quæ vulgò dicuntur *aloſſas*. Conficiuntur autem ex dictis pectoralibus rebus, & ſimiliter ex varijs generibus. Adde quod inter pectoralia etiam numerantur ad expurgandum humorem contentum in pectore, ut ſunt looch. de pino, & caulibus, & pulmone vulpis. Eſt autem aloſſæ deſcriptio.

R. looch.ſani, & experti unc.j.penidiarum, & ſacchari candi añ. unc. ſem. pul. liquiritiæ, & gummidraga canth.añ.unc. j. & ſem.ſyr.liqui-

quiritiæ, vel viol. vel cap. ven. vel oxym. ſ. unci iij. amyli ad inſpiſſandum miſce, & fiat aloſſa.

Diacodion cum melle ſimiliter commendatur ad expugandum humorem contentum in pectore, & uſus etiam cum mele, & ſapa. Hujus autem non licet magnam quantitatem propinare, quia fit medicamentum ex capitibus papaveris. Sufficit unoquoque die cochlearium unum exhibere noctu hora ſomni, & ſi urgeat neceſsitas, cochelearia duo tempore interpoſito. Potiſsimum commendatur in diſtilationibus, quarum impetus cavitatem pectoris fertur, tum etiam, & in quibuſdam febribus, quando ex humore aliquo gravitas perſentitur in pectore. In pleuritide tamen nunquam hoc uti licet.

Eſt etiam ſulphur album pectorale medicamentum; potiſsimum in phthiſi, ad exſiccanda ulcera, utiliter commendatur quantitate drach. j. cum melle, admixtum cum ovo vel decocto hordei. Bolus ſimiliter. Armena ad id commendatur in eadem quantitate, & ſimili modo.

Electuarium magiſtrale ad pectus.

R. Pulveris liquiritiæ, & diagacanth. gummi añ. ſcr. iiij. conſ. viol. & cap. veneris añ. unc. j.

facch. diſſol. in aq. cap. ven. q.ſ.miſce, & fiat elect. in tab. drachm. j. pond.

Ad idem medicamenta exterius applicata.

Solent medici, in pleuritide potiſsimum, ad humorem exterius attrahendum, & ut ſenſim illum digerant, & attenuent, & aptiorem reddant, ut melius per ſputum educatur, medicamenta aliqua exterius aplicare ſupra partem dolore affectam. Sunt autem hæc potiſsimum duo, emplaſtrum filij Zachariȩ, & de meliloto, cum diſcrimine tamen. Nam ſi craſſus ſit humor. Emplaſtrum de mililoto erit in dupla quantitate apponendum, eo quod ſit magis digerens. Si verò non ſit craſſus, æquis portionibus. Emplaſtrum etiam pulveriſare ſolent cum pulvere ireos, addendo parum terebinthinȩ communis, ut poſsit emplaſtrum ſupra partem detineri: eſt autem deſcriptio emplaſtri ſequens.

R. maſſȩ emplaſtri filij Zachariȩ, & de meliloto partes ȩquales, terebinthinȩ communis parum, malaxentur, & extendantur ſuper alutam ad formam quartȩ par. folij papyri.

Aliud magis digerens.

R. maſſe emplaſtri de meliloto unc. ij. maſſȩ

maſſę emplaſtri filij Zacharię, unc. j. terebinthinę communis parum, malaxentur, & extendantur ſupra alutam ad formam quartę partis folij papyri, pulveriſetur cum pulvere ireos.

Alia medicamenta topica ſolent etiam ſupra partem apponi, ut ſunt calfactoria dicta quæ utiliter commendantur in ſtatu, & declinatione pleuritidis. Paratur hujuſmodi medicamentum ita.

R. ſem. lini. ſem. fænugreci, furfuris, chamomillę, florum meliloti,& cort. rad. altheæ añ. p. 1. ficcum pinguium num. vj. aq. q. ſ. miſce, & fiat decoctio uſque ad ſpiſsitudinem aquæ, cola, & intra calfactorium inſtrumentum inijce, vel hujus defectu intra veſicam bovis, & ſupra partem dolentem calidum plus juſto detineatur.

De roborantibus poſt purgationem.

Accidit aliquando ut ventriculos, & hepar ab evacuatione imbecillia reddantur: tunc medici ſolent hujuſmodi partes roborare aliquo pręſcripto electuario, ut diarrhodonis Abbatis, & diamargaritionis, & diatrinum ſantalorum. In cauſa frigida valent. Electuarium atom. roſ. ex deſcript. Gabrie-

lis, Elect. diacuminum, Elect. rosatæ novellæ, & similia.

Fiunt etiam aliquando elect. magistralia, quæ ad dictos usus non parum conducunt, ut in causa frigida.

R. pul. arom.ros.ex descrip.Gab.scrup. iiij. conser. melissæ drach. iij. sacch. dissoluti in aqua borraginis q. s. misce,& fiat electuarium per tabell. pond. drach. ij.

Aliud ad exitandum venerem, & mullum calfaciendum ventriculum.

R. pul. diacamaronis, & arom. ros. ex descript. Gabrielis, añ. scrup. ij. conser. melissæ drach. iij. sacch.dissol. in aq. melissæ q.s. misce, & fiat Elect. in tab. drac. ij pond.

Aliud pro hepatis, & venarum obstructionibus.

R. pul. rosatæ novellæ, & diarth. Abb. añ. drac .j.conser. florum cichorij drac. iij. sacch. dissol. in aq.cap.Ven. q. s. misce, & fiat Elect. in tab. drach. ij. pond.

In causa calida.

R. pulveris diamargar. fr. diarth. Abb. añ. scrup. ij. conser. ros. unc. sem. sacch. dissol. in

in aq.roſ.q. ſ. miſce, & fiat Elect.in tab. drac. ij. pond.

DE CONDITIS, VEL CONSERVIS ROborantibus poſt purgationem.

Ad eoſdem uſus valent condicta, vulgo conſervæ. Ex his parati ſolent electuaria opiata, & ſimilia ad morbos frigidos, & calidos, addendo aliquem pulverem magiſtralem una cum ſufficienti quantitate aquæ, ut fiat in modum conditi.

Conſervæ ad morbos calidos.

Conſerva roſarum, violarum, borraginis, bugloſſe, nenupharis, quæ omnes ex floribus parãtur, cõſerva acetoſæ quæ paratur ex folijs.

Conſervæ ad morbos frigidos.

Electuarium liquidum arom. roſ. ex deſcriptione Gabrielis; conſer. florum cichorij. florum fum. florum roſiſmarini, conſer. cap. veneris, conſer. raphani gallicani omnium calidiſsima, & cortices citri ſaccharo conditi.

Ex frigidis paratur conditum ſequens.

℞. conſer. roſ. bugloſæ, & borraginis añ. unc.

unc. j. & ſem. pul. diamargaritionis f. drach. j. ſacch. q. ſ. miſce, & fiat conditum.

Ex calidis pro melancholicis.

R. confer. borraginis, & meliſſæ. añ. unc j. & ſem. conſer. flor. fumiterre unc. j. corticum citri ſacch. condit, & minutim inciſ. drachm. vj. pul. arom. roſ. diſcrip. Gabrielis ſcr. iiij. ſacch. q. ſ. miſce, & fiat conditum in modum opiatæ.

Ad idem pro divitibus.

R. Elect. liquidi arom. roſ. Gab. unc. iiij. pulveris diacamaronis drach. j. ſyr. ex corticibus citri q. ſ. miſce, & fiat conditum.

Condita ſumuntur mane prima luce, quorum quantitas eſt cochlearia duo, aut tria cum aqua meliſſæ, vel viperinæ, vel borraginis, vel fontanæ, ut erit occaſio, vel cum vino albo aqua diluto. A cibo autem aſſumpto, non niſi poſt quatuor, aut quinque horas. Horis etiam decubitus interdum ubi licebit.

Similiter etiam, & Electuaria ſupradicta mane dicto modo ſumuntur ſub quantitate iij. tabellarum.



DE

DE MEDICAMENTIS FLATUM discutientibus.

Diſcutiunt flatus quæ calida ſunt, & tenuium partium. Hæc magnos habent uſus in opere practico ſumpta per os, & injecta per ſedem, & extrinſecus appoſita, & ſupra partem dolentem applicata.

Simplicia diſcutientia.

Vinum generoſum, non multum, nec vaporoſum, vinum claretum vel album dictum, ſemen fœniculi, ſemen cumini, ſemen aniſi, ſemen dauci, ſemen raphani, camomilla urgelenſis, ruta, & cinnamomum.

Compoſita diſcutientia.

Pulvis diacymini, roſatæ novellæ, arom. roſ. Gab. elect. ejuſdem Gab. arom. roſ. in forma ſolida, & liquida, diamochi dulcis, & uſualis. confectio de baccis, lauri, oleum nardinum, anethimum, de lilio, de abſinthio, & denique conf. Gent. cort. contr. melancholiã.

POTIO AD DISCUTIENDOS FLATUS, potiſſimum in uteri affectibus.

℞. diamoſchi uſualis, vel dulcis (ſi fuerit di-

dives) & conf. gentilis cord. contra melanc: añ. drac. ſem. ſyr. decorticibus citri unc. ſ. aq. meliſſæ, q. ſ. miſce, & fiat potio.

Canfectio ad diſcutientibus flatus.

R. confectionis Gent. cord. contra melanch. & diamoſch. uſualis añ. drachm. j. pulveris arom. roſ. Gab. drachm. iij. conſer. meliſſæ unc. j. ſyr. ex cort citri q. ſ. miſce, & fiat in modum confectionis cordialis.

Electurarium ad diſcutiendos flatus.

R. pulveris arom. roſ. Gab. ſcrup. iiij ſeminis fœniculi pulveriſati ſcrup. ij. conſer. meliſſæ drach. iij. ſacch. diſſol. in aqua endivię q. ſ. miſce, & fiat elect. in tab. drachm. ij. pondere. Sumi poterit quacumque hora diei, potiſsimum tamen ante cibum cum vino albo dilutum.

Clyſter ad diſcutiendos flatus.

R. ſemin. fœniculi, aniſi, anethi, & ſem. lini añ. pug. j. foliorum raphani, & rutæ añ. m. ſem. florum chamom. p. j. ſem. coquantur omnia cum duabus partibus aquæ, & una vini albi, cola, & decojatura accipe lib. j. olei rutæ unc. ij. benedictæ unc. j. butyri unc. ſem. ſalis gæmmæ drachm. j. miſce pro enemate.

Ad

Ad idem alius.

R. juris confecti ex inteſtinis, arietis quadras iiij. ſeminis lini, fol. parietariæ, & florum comomillæ an̄. parum coquantur omnia indicto jure, & cola, & decolatur ſume quadram unam, & ſemiſſem, conf. benedictæ unc. j. olei rutacei unc. ij. miſce pro enemete.

Alius in melancholia hypochondrica.

R. fol. malvarum m. j. rad. althææ, & malvarum an̄. unc. ij. ſem. malvæ, & althææ an̄. unc. ſem. prunorum dulcium Ibericorum, & paſſularum enucleatarum an̄. num. xv. ſemaniti drachm. ij. ſucci herbæ mercurialis unc. j. ſem. coquantur omnia l. ar. (excepto ſucco mercurialis) cum capite arietis animalis in ſufficienti quantitate aquæ, ad conſumptionem medietatis, cola, & de colatura ſume libr. j. ſem. & decocto adde olei violacei, de lilio, & de camo. an̄. unc. ij. cum his miſce ſuccum mercurialis, & diaphæn. unc. j. & miſce pro enemate.

Unguentum ad diſcutiendos flatus.

R. olei nardini, & de abſinthio an̄. unc. iij. pul. arom. roſ. Gab. drach. ij. cinnamom. drachm. j. ceræ parum, miſce, & fiat unguentum.

Ad idem aliud.

R. conf. de baccis lauti unc. iiij. utere in modum unguenti.

Syr. ad discutiendos flatus.

Aliquando solent medici ubi syrupi; & apozemata præscribuntur, intenti esse ut flatus discutiant una cum alijs scopis, ut verbi gratia in curanda tympanite, & in eum finem una cum alijs simplicibus, in decoctione solent adhibere semina anisi, & petroselini in quantitate unc. sem. & deinde facta decoctione præcipunt ut aromatizentur in unc. j. cinnamomi, & altera uncia pulveris arom. ros. Gabrielis.

De stupefacientibus, & somnum inducentibus.

Stupefacientia, & somnum inducentia medicamenta caute sunt administranda, potissimum quando intra corpus devoranda assumuntur. Nam si vires languidæ sunt, ex his non parum periclitantur ægrotantes. Quæ verò extrinsecus apponuntur vel superfussa applicantur, minoris sunt effectus, & periculi, potissimum ubi admoventur supra partes minus præcipuas, ut Gal. 5. *simpl. cap. 9.* docet.

cet. Hæc medicamenta quædam ſum ſimplicia, & quædam compoſita, & omnia, vel fortiora, vel mitiora. Simplicia fortiora, vel ut melius dicam, vehementiora ſunt opium, meconium, ſemen papaveris, nigri, ſuccus cicutæ, cortices radicis mandragore (quorum uſus omnino eſt contemnendus, propter ingentem frigiditatem) ſemen papaveris albi, cujus uſus tutus eſt.

Simplicia mitiora ſunt, ſuccus lactucæ, ſuccus papaveris, ſuccus portulacæ, ſuccus ſolani.

Compoſita vehementiora ſunt, Philonis antidotus, Athanaſia, Diacodion cum ſapa: confectio meliſſe, oleum radicis mandragoræ, oleum papaveris, unguentum populeonis addito opio, decoctum corticum radicis, mandragoræ.

Compoſita mitiora ſunt ſyr. viol. conſer. florum nenuph. oleum roſaceum, ſyr. papaveris, ſi debita ratione efficiatur, conſerva violarum.

Potio ad concilliandum ſomnum.

R. emulſijonis drachm. j. & ſem. papaveris albi in aqua fœniculi extractæ, cujus aquæ ſint unc. ij. ſyr. papaveris albi unc. j. conf. Hyacinthorũ, aut Gent. Cord. contra mel. ſcr.

ij.

ij. aquæ lactucæ q. ſ. miſce, &c. fiat potio.

Ad idem decoctio.

R. capitum papaveris albi cum ſemine contuſorum num. vj. hyoſcyami, & fol. lactucę añ. m. j. camom. urgelen. p. ij. coquantur omnia in ſufficienti quantitate ad conſumptionem medietatis, & pro uſu ſerva ad labandum caput.

Ad idem potio.

R. Philonij majoris drach. j. ſyr. bugloſſæ unc. j. aq. lactucæ unc. ij. miſce, & fiat potio.

Unguentum ad ſedandum dolorem.

R. olei violarum, & papaveris añ. unc ſem. opigrana vj. olei camo. unc. j. ceræ parum miſce, & fiat unguentum.

De roborantibus cerebrum.

Medicamenta roborantia cerebrum, ſunt potiſsimum bene olentia, quæ aliquando devorata uſum præſtare ſolent, cum ex ventriculo in cerebrum vapores elevantur. Aliquando etiam manibus geſta per magnos uſus ſolent præſtare, tum etiam ſupra caput ad uſum cu-
cuphæ.

Sim-

Simplicia roborantia cerebrum.

Melissa, salvia, radix galangæ, flos anthos; id est, roris marin coronarij. Hæc dicta administrari solent in decoctis, vel aquæ ex his distillatis, lignum aloes, cinammomum, moschus, ambar, labdanum, rosæ, siccę, & rubræ rosmarius, salvia, gith, majorana, cariophylli, quæ omnia in suffumigijs naribus ad odorem gratum exitandum in formam pomi administrari debent; coriandrum præparatum, cortices capitum papaveris albi tostæ, rosæ siccæ sandaracha Arabum, id est radix juniperi arboris, sal tostum : quæ omnia exterius applicari solent in pulverem redacta ad formam cucuphæ.

Composita.

Conserva melissæ, syr. ex corticibus citri, pulveris arom. ros. Gab. in forma solida, & liquida, conserva florum anthos, diagalange, diamoschus dulcis, & usualis : quæ omnia in modum Electuarij, vel in modum confectionis cordialis, vel in pulverem debita ratione solent administrari sumpta cum melle, vino, & decocto melissæ.



Syr. ad roborandum capud.

R. Salviæ pug. ſem. meliſſæ p. j. borrag. fœniculi recentis, & cap. veneris añ. m. ſ. corticum citri drach. ij. coquantur omnia in ſufficienti quantitate aquæ ad conſumptionem tert. part. cola, & colatura ſume libr. ij. ſyr. ex corticicibus citri, & cap. ven. añ. unc. iij. ſyr. borrag. unc. iij. miſce, & aromatizetur cum drach. j. pulveris rad. galangæ, & alteræ pulveris arom. roſ. Gab.

Ad idem pomum.

R. ſalviæ florum anthos, lignialeos, cinnamomi, & roſ. rubearum añ. drach. j. pulveriſentur cum moſchi, & ambræ añ. granis iv. labdam depurati unc. ſem. ſucci meliſſæ, vel majoranæ q. ſ. miſce, & fiant duo poma.

Cacuſa ad roborandum cerebrum, corrigendo illius intemperiem, & digerendo excrementa.

R. pulveris coriandri præparati, & roſ. rubearum añ. drach. j. gummi juniperi drach. iij. cariophyllorum drach. j. & ſem. ſalis toſti drach. ij. pulvericentur omnia, & fiat cucuſaſ. ar.

Ad idem alia.

R. corticum papaveris alb. drach. ij. coriana

riandri præparati, & rof. añ. drach. ij. gummi juniperi drach. vj. cariophyllorum unc. fem. falis tofti drach. ij. pulverifcentur, & fiat cucufaf. artem.

De roborantibus cor.

Omnia medicamenta cardiaca; vulgo cordialia, ad roborandum cor idonea funt potifsimum tamen commendantur ad promptam, & fubitam vitalium fpirituum regenerationem, & inter omnia vinum optimum, & generofum maximè commendatur. Quod pofsit reficere vires, & deperditam fpirituum fubftantiam reftaurare, ex Gal. patet. lib. de comp. med. fecund. locos 4. capite ad finem. Solent etiam roborantia cor medicamenta dici, quæ nata funt cordis intemperiem corrigere, idque contraria inducta qualitate. Tũ etiam, & quę difcutientem flatus facultatem habent, cor etiam roborare folent: & fimiliter quę à tota fubftantia venena deftruunt ut funt alexipharmaca medicamenta. Verum fit, ut in animi deliquio non femper eadem medicamenta conducant, cum ex varijs caufis fieri foleat. Nam fit ex defectu alimenti, difcipata virium fubftantia, animi delinquium contingat, ad roborandum cor vinum idoneum erit non folum in potu fumptum, verum

etiam naribus ad motum. Sanè etiam utiliter idem vinum adhibetur ad eundem uſum, in omni deliquio a quacumque cauſa proveniat, cum ex illius tenuis ſubſtantia promptè ſpiritus reficiantur.

Eſt autem advertendum; quod perpetuo ad tres partes vini, una aquæ admiſceatur, & ſi poſsit æger offam panis vino madefactam accipere, melius ſolo vino id efficiet. Si autem delinquium contigerit opreſſo corde ob copiam ſpiritum (quod accidit aliquando in cordis palpitatione) tunc diſcutientia flatus idonea ſunt, ut confectio cord. Gent. contra melancholiam.

Accidit autem aliquando ægrotantes præ nimio langore, non poſſe confectiones accipere: tunc utiliter ſequens pulvis præſcribitur, cujus una pars ſumi poterit cum vino, aut cum jure gallinæ, idque breviſsimè, nec multo interpoſito tempore ab una vice ad aliam, ſemper tamen in pauca quantitate, ut poſint à calore languido alterari. Eſt autem pulvis ſequens.

R. pulveris diacamaronis, & arom. roſ. Gab. drach. j. & ſem. pulv. diarrhod. Abb. ſcr. ij. miſce.

Aqua, vel decoctum meliſſæ, vel corticum citri, roborare ſolet cor, conſerva ſimiliter

ex meliſſa confecta ex roſis, & bugloſſa.

Ubi verò ex veneno, vel ob peſtilentem febrem (utpote quę cor promptè impetere ſolet) animi deliquium acciderit, ut fit quoque in morſu alicujus animalis venenati, ut viperæ, vel ſcorpionis, cancri, & hujuſmodi : tunc alexipharmaca conveniunt. Cum autem, ut plurimum propia alexipharmaca ignorentur, commune alexipharmacum erit præſcribendum, quod theriaca magna vocatur.

Sunt etiam, & medicamenta, quæ poſſunt, inimicam illorum facultatem à manifeſta qualitate pugnantem impedire, ut ſunt bolus Armenus, ſcordium verum, ex quo aqua diſtilata, conſerva, & pulvis parari ſolent in febribus peſtilentibus. Sunt namque maximè utilia, tùm etiam in his qui aſſumpſerunt auripigmentum, & ſublimatum, & alia hujuſmodi.

Confectio ad hos uſus.

℞. theriacæ magnę unc. j. pulveris ſcordij veri, & boli armeni præparati an̄. drach. j. confect. hyacinthorum unc. ſem. conſer. ſcordij veri unc. sem. ſyr. acet. citri, vel bugloſſæ q. ſ. miſce, & fiat confectio, ex hac ſumatur quantitas unius amigdalę pro unaquaque vice, cū aqua, vel decocto ſcordij veri vel cicorij vi-

pirine vulgo ſcurſoneræ.

Ad idem Potio.

R. theriacæ magnæ drach. j. pulveris ſcordij. veri, & boliarmeni Pręparati, án. ſcrup. ſem. ſyr. acetoſitatis citri unc. j. aquę cichorij viperinę q. ſ. miſce, & fiat potio. In febr. malignis conducunt aquæ acetoſæ loco ſcurſoneræ.

De roborantibus hepa.

Hepar roborant, & illius ſubſtantiam ad augent, quę dulcia ſunt potiſsimum. Quod apertè colligitur in avibus, quæ ſaginantur vel nutriuntur lacte: tùm etiam in ſenibus qui fructibus dulcibus ſaturantur. Hac etiam ratione caro paſſularum ad roborandum hepar utilitèr commendatur. Cyphoides cōpoſitio ab Andromacho tradita in hydrope curando à medicis uſurpari ſolet ſumpta quantitate trium cochleariorum nocte cum unc. vj. vini albi, & generoſi. De hujus laudibus lege Gal. 8. de comp. med. ſec. locos.

Conducunt etiam ea quæ ſunt frigida, & ſubamara, & moderatè aſtringentia, potiſsimum ad calidas intemperies curandas, & inter hęc cichorem potiſsimum commendatur, at minus album, ſed viride, & ſubamarum, nec ſolum illius decoctio utilis eſt, verum etiam ipſum cichoreum coctum, cum ace-

aceto dilutum , & ſaccharo paratum.

Ad eoſdem uſus commendatur conſerva, ex floribus cichorij, quæ in officinis ſubinde non ſervatur: eſt autem illius eadem conficiendi ratio, ac reliquarum.

Agrimonia herba dicta, etiam hepar corroborat, potiſsimum in frigidis hepatis intemperiebus, ab obſtructione provenientibus. Verum in his curandis quotidie medici pręſcribere ſolent, aquam decoctam cum agrimonia, quę vulgaris conſuetudo quotidie à medicis ſervatur. Pulvis etiam diarrh. Abb. & Electuarium ex ipſo confectum ſolent hepar corroborare.

Electuarium ad roborandum hepar.

R. pulver Diarrh. Abb. ſcrup. iv. conſer. florum cichorij. unc. ſem. ſacha. diſſol. in aq. cichorij q. ſ. miſce, & fiant tabulæ pond. dra. ij.

Sunt, & alia quæ exterius applicata hepar roborare ſolent, cum illius exolutionem prohibeant, ut eſt oleum citoniorum, oleum de abſinthio: quę duo cum moderatè adſtringant ad illum uſum commendantur: unde in curandis inflammationibus hepatis ſemper cum digerentibus permiſcentur, ubi occaſio eſt digerendi humorem in hepate contentum. Optima ergo ratione cum oleo camomilino habente vim

digerendi ; dicta olea permiſcentur in hac forma.

R. olei cham. unc. iiij. olei de abſinthio,& citonitorum añ. unc. ij miſce.

Ad roborandum ventriculum.

Roborant ventriculum omnis aromatica, & potiſsimum cinnamomum, ſemina ſimiliter calida, & potiſsimum fœniculi, & aniſi : meliſſa ſimiliter ventriculum roborat, & ſpicanardi. Sunt etiam, & alia compoſita medicamenta, quę ventriculo dicuntur familiaria,quæ etſi vim habeant evacuandi ex ventriculo, & primis venis, ſimul etiam roborant, ut eſt potiſsimum pul. hieræſ. Gal. cujus meminit Gal. varijs in locis, & potiſsimum 8. de comp. ſecund. locos cap. 2. quam hjeram ex aloe ipſe appellat. Valet potiſsimum ad humidam, & frigidam ventriculi intemperiem corrigendam præſertim ubi vomitus, vel nauſea adfuerint. Quę duæ noræ potiſsimum ſunt obſervandę in ejuſdem exhibicione juxta Galeni doctrinam dicto loco. Eſt enim hoc medicamentum valde utile, non ſolum ad bilem flavam educendam, verum etiam ad tergendam pituitam in ventriculo contentam, quam actionem perficere ſcimus aloem ob illius amaritudinem. Solent etiam hoc

hoc medicamentum aliquando propinari in febribus, quando ventriculus afficitur, & tunc caſsia una cum hiera eſt permiſcenda ad tollendam caliditatem medicamenti. Eſt autem adminiſtratio hujus medicamenti talis.

R. pulv. hieræ ſ. Gal. arach. v. rhodom. unc. j. decocti ord. & fæn. q. ſ. miſce, & fiat potio.

Alia in febribus.

R. pul. hieræſ. Gal. & caſsiæ fiſtulæ recenter extracte añ. drach. iij. rhodomellis unc j. decocti hord. & fœn. q. ſ. fiat potio.

Poſſunt quacumque hora diei, vel noctis propinari prædictæ potiones, licèt nullus præceſſerit ſyroporum uſus.

Eſt, & aliud medicamentum ventri accommodatum ad roborandum ipſum, ubi debilitatur ob craſſorum humorum multitudinem idque citra manifeſtam qualitatem, quod vocatur dioſpoliticon, cujus meminit Galen. 4. ſanit. tuend. cap. 5. quod deſumpſerat ex Dioſcor. 5. de materia medicinal. cap. 131. pipere pro anetho poſito, cum id reliquis ſimilis ſit compoſitio. Præſcribitur in ſchedulis ſic.

R. dioſpolitici medicam unc. iiij. ſit quanti-

titas coclhearium unum mane cum optimo vino,& generoſo, non tamen tenuè, hoc enim facultatem habet attenuandi, diſcutiendi, & confitiendi ſuccorum craſsitiem citra manifeſtam qualitatem, ut docet Gal. Oxymel. ſimplex idem præſtat, ut à Gal. ad eoſdem uſus eodem cap. præſcribitur, tùm etiam, & ſecundo ad Glau.cap.de accidentibus febrium in animi deliquio, quod oritur ex ſuper abundantia pituitæ, & ſuccorum crudorum. Conducit etiam ad roborandum ventriculum Diacidonites ex diſcriptione Gal. 8. de comp. med. ſecund. locos cap. de pharmaco ex ſucco malorum citoniorum.In ſchedulis ſic præſcribitur.

R. Diacidonites unc.iiij. ſit doſ. cochlearia duo cum vino optimo, non ad modum tenui.

Pulvis etiam arom. roſ. Gab. ventriculum roborat, & ſimiliter pulvi roſatæ novellæ.

Exterius ſunt aliqua quæ applicantur ad roborandum ventriculum, interque ſunt oleum de abſinthio, oleum nardinum, maſtichinum, irinum, & emplaſtrum ſtomaticon, confort. caro malorum citoniorum vino cocta, & madefacta, inſperſo pauco pulvere cinamomi, aut maſtichis, & roſarum

ſic-

ſiccarum in forma mice panis vulgariter di-ctæ. Ex dictis oleis poteſt parari unguentum ita.

R. olei irini,& nardini añ.unc.j. olei de ab-ſinthio unc. ſem. maſſæ emplaſtri ſtomatico-nis confort. drachm. iij. ceræ. parum, miſce, & fiat unguentum.

Ex dicto emplaſtro fiunt emplaſtra (vulgo *pegados*) ad formam ſcuti , ad roborandum etiam ſtomachum , & ſedandam fluxionem ventris mirabiliter. In ſchedulis præſcribtur ita.

R. maſſę emplaſtri ſtomaticonis confortati-vi unc. iij. extendatur ſuper alutam ad for-mam ſcuti pro ſtomacho.

Quod apponi debet ſupra ventriculum, ita ut pars acutior ad mucronatam cartilagi-nem apponatur ſupra ipſius ventriculi orifi-cium, & latior ſuper ventriculum extendatur. Hæc medicamenta in dyſenteria, & diarrhœa utiliter commendatur , & potenter juvant.

uterum roborantia.

Inter ſimplicicia uterum roborantia ſunt aqua. & decoctum meliſſæ. Inter compoſita Diamoſchus dulcis, & ſolulis, confectio Gent. cor. cont. mel. Ambar , gallia moſcata ex qui-

quibus ſequens potio parari ſolet.

R. Diamoſchi uſualis, & confect. Gent. cont. mel. añ. drach. j. pul. arom. roſ. Gab. ſcrup. ij. ſyr. de corticibus citri unc. j. aq. meliſſæ q. ſ. miſce, & fiat potio. Exterius ad uterum roborandum aliqua applicantur, ut ſunt oleum rutaceum, laurinum, & nardinum, manibus dicto oleo madefactis fricando, poſtea in regione umbilici ſequens emplaſtrum apponatur.

R. maſſæ emplaſtri ſtomaticonis confort. unc. j. galbani depurati drach. ij. galliæ moſchatæ drach. j. & ſem. moſchi, & ambræ añ. grana vij. olei nardini, & ſambucini parum miſce, & extendantur ſupra panum ad formam rotundam pro umbilico.

Obſervandum tandem eſt ſupradicta omnia roborantia non eſſe adminiſtranda, niſi poſtquam præceſſerint univerſales evacuationes, aut magna urgeat neceſsitas: nam tunc indicatio ſumtpa a partis virtute defficiente reliquas omnes antecellit.

DE SANGUINIS MISSIONE.

Magnus medicinæ fructus, eſt ſanguinis miſsio cum omnibus præpoleat medicamentis, & omnibus fere affectibus conveniat. Nam

Nam plethoricis, ętate florentibus, temperaturis calidis, & humidis, robustis, consuetis tempore veris, & autumni, inflammationi, febribus omnibus putridis, & alijs similibus convenit.

Sanguis in nostro corpore duplex est, arterialis, & venalis. Ille in corde genitus, per arterias ad omnes partes viventis mittitur. Iste in hepate elaboratus, per venas tam magnas, quàm parvas, quasi per canales defert ur. Cor autem cum sit primum vivens, & ultimum moriens, sua actione, & virtute, vel facultate, ut vivant partes, spiritus vitales simul cum suo sanguine, mediantibus diastole, & systole mittit: quod sua solum modo expultice facultate facere videtur: quæ actio tam subita est, & improvissa, ut motu artificioque pene divino exerceatur. Arteriæ namque omnes simul dilatantur, & comprimuntur (etsi sint in paribus distantissimis) quando dilatatur, & comprimitur cor: quod signũ est non fieri hanc actionem, nisi à facultate expultrice cordis. Iste sanguis arterialis in corde perfectus, ut dixi, generatus à putriori sanguine venali, ipsius cordis facultate attractrice elicito, & ab hepatis expultrice misso, nullo modo potest à subjecto corporis humani separari, qnin sequatur mors statim, vel

sal-

ſaltem extremum vitæ periculum. De hoc ſanguine, quando de miſsione ſanguinis locuuti ſunt omnes medici, nulla fit mentio: ſolum de ſanguine venali qui in venis reperitur, intelligendum venit. Hic namque eſt ille ſanguinis, qui in hepate, oritur, & generatur, & a facultate propria expultrice per venas expellitur, à venis ſua attractrice elicitur, & ab omnibus partibus ad ſuinutritionem, & conſervationem attrahitur, & retinetur. Ipſe inquã eſt ille ſanguis, qui mediante phebotomia, vel evacuatur, vel revellitur, vel derivatur à parte, vel à partibus: ubi aliquis, vel aliqui affectus reperiuntur. Qua propter ſi hæc dicta belle, & abſque cavillationibus ab omnibus conſiderentur, quomodo poſsit medicus abſque periculo ægrotantis ſanguinis miſsionem exercere facillimo negotio invenietur: nam ſanguis in venis, tam magnis, quàm parvis (ut dixi) ſemper continetur; ſi quantitate, vel qualitate peccat, profecto, nullo intercedente impedimento, ſemper ſanguinis miſsio erit proficua, tam ratione quantitatis, quàm qualitatis. Nam ſi ſanguis quantitate ſolum excedat, nonne ipſa ſublata, natura ab oppreſsione levata, ut docet Gal. 2. *Aph.com.* 29. melius concoquet id quod reſtat, & noxium eſt, utile ab inutili fa-

ci-

cilius ſeparabit, & deinde ad expulſionem alacrius exurget? Si peccat qualitate, nonne etiam illa diminutio per ſanguinis miſsionem facta erit proficua, cum humor qualitate peccans in ipſo ſanguine mixtus evacuetur? Eadem eſt ratio ſi revulſionis gratia ſit phlebotomia. Nam ſi redundantia (ut ita loquar) humoris ad aliquam partem ubi putreſcit humor, fluit (ut in febribus putridis in principijs morborum accidere ſolet) quæ pars focus putredinis dicitur, nonne ſanguinem mittere, ne fluat ad focum, conveniet? Pariter etiam conveniet quando fit ſanguinis miſsio derivationis gratia. Nam ſi in aliqua parte humor redundat, & poſſimus illam redundantiam ſanguinis miſsione ex eadem parte, vel viciniore extrahere, nonne illa derivatio erit ſalutaris, licet illa redundantia non ſit ad vaſa? Unde ſanguinis miſsio non ſolum in morbis à ſanguinis copia ortis, adminiſtrari poteſt; verum etiam & cum ab alijs humoribus excitatur: ſemper enim maximum naturæ levamen inducet. Solum animadvertere oportet, quæ docet Gal. lib. de cucur. ſcã. cap. 16. quo in loco hæc verba ſcribit: *Oportet autem antequam eas adibeamus* (loquitur enim de ſcarificatione cucurbitularum *ventrem jam emollitum fuiſſe, aut omnino nullam infe-*

infestantium excrementorum adesse suspitionem. Ex quibus verbis demonstrat non esse exercendam sanguinis evacuationem, quin prius sit lenitus venter. Si igitur in ista levi evacuatione præcipit Gal. ventrem lenire; quanto magis oportebit illum expurgare in magna evacuatione facta per sanguinis missionem? Semper itaque solicitus sit medicus antequam venas indicire præcipiat, ut leniatur venter aliquo clystere, vel vomitorio, vel medicamento solum facultatem habente evacuendi ea quæ sunt in primis venis; alioquin enim non erit naturæ imitator. Atque hæc de materia medica, & sanguinis missione breviter dicta sint.

DE FACULTATIBUS MEDICAMENTOrum compositorum, & dosibus.

LIcèt in tractatu de materia medica dicta fuerint multa quæ ad facultates, & doses medicamentorum pertinent, nihilominus tamen, ut omnes fructus necessarij ad morborum curationem in hoc opusculo reperiantur, & statim inveniat medicus ipsas facultates, & doses in unoquoque composito, operæ pretium visum est, breviter scribere, quæ à nostris. Valentinis medicis circa

praxim exercentur. Eſt namque maximi momenti facultates, & doſes inquocumque eventu, & occaſione in promptu habere: non enim ſemper conſulere libros poteſt, antequam de remedio deliberet medicus, cum ſit periculum in mora propter urgentes neceſsitates. Quare ad ea properare jam tempus ad Eſt. Interim advertas velim, quod medicamenta aliqua ſimplicia inter compoſita reponuntur, quoniam arte parantur, & etiam non in omnibus invenietur doſis, ſed ſolum facultas medicamenti, cum non ſit neceſſaria illius doſis ad præſcribenda medicamenta quæ doſis minima pro pueris, & delicatisſumma vero pro robuſtis erit.

Aqua ex quinque radicibus.

Facultatem habet præparandi humores pituitoſos, & craſſos in venis gibbæ hepatis partis exiſtentes, & ad calculoſos affectus, ut in nephitide ex calculo, & arenis Doſis minima unc. iiij. maxima unc. vj.

Aqua Angelorum.

Optima eſt exterius appoſita in cordis palpitatione, ad rarefaciendum habitum corporis, & aliquatulum diſcutiendum flatus, ex qua fomenta parantur, aut perſe, aut

cum quibusdam aromaticis medicamentis, valet etiam ad affectus matricis.

Rab. vel. sapa vini.

Habet facultatem cohibendi fluxione sua astrictione, & distillationes acres, & mordaces, si paretur cum diacodion. Gal. ex capitibus papaveris nigri.

Rob. mororum.

Habet insignem facultatem repellendi si cum decocto hordei, & fol. plantaginis in angina in principio præscribatur.

Rob. citoniorum.

Ventriculum roborat, & refrigerat.

Julep. rosarum.

Habet vim frenandi bilem, contemperandi calorem, & roborandi viscera, interna Dos. ab unc. j. ad. unc. iiij.

Julep. violarum.

Facultatem habet mitigandi ardores urinæ ex pituita salsa, præparandi humores biliosos, valet ad lambendum simul cum alijs syrupis expectorantibus; optimus est in maximo est tùm ventriculi, tùm totius corporis,

ris, & in lassitudine phlegmonosa. Dos. ab unc. j. ad. iiij.

Syrupus rosarum viridium.

Ad compescendum bilis fervorem valet, & ad super purgationes. Dos. ab. unc j. ad unc. iij.

Syr. jujubarum.

Optimus est in affectibus trachiæ arteriæ ex asperitate, aut siccitate contractis, habet enim facultatem leniendi citra ullam acrimoniam, & gustui est gratissimus Dos. est in modo, ut sensim per intervalla deglutiatur.

Syr. borraginis, & buglossæ.

Valent ad præparand. pituitam salsam, & contemperandam illius acrimoniam, & ad emendandam siccitatem quam plurimorum syruporum. Dos. ab unc. j. ad unc. iij.

Syr. ros. siccarum.

Optimus est hic syrupus in diarrhœa, in hæmorrhagia, in muliebri pro fluvio, & in quocumque affecto, in quo oporteat sanguinem sistere. Dos. ab unc. j. ad iiij.

Syr. de succo indiviæ.

Valet ad liberandum hepar, & venas mesenterij ab obstructionibus, & præterea roborat ipsum hepar, tum etiam est optimus ad præparandum bilem: nam succus endiviæ ex quo paratur, frigidus, & est siccus, & modicè amarus; proinde detergendi habet facultatem, & illius siccitas emendatur permixtione sacchari propter lentorē. Dosis ab unc. j. ad ij.

Syr. acetositatis citri.

Habet facultatem refrigerandi, incidendi, & atenuandi, & penetrandi, & refrenandi bilem, contemperandique cordis calorem, proinde commodissime eo utimur in febribus ardentibus, in pestilenti constitutione, in morbilis, & variolis, in febre puncticulari. Dos. ab. unc. j. ad iiij.

Syr. acetositatis limonum.

Easdem ferè habet vires sicuti de citro; tantummodo differunt, quoniam magis tenuis sit quam syr. acetositas citri.
Dos. etiam est eadem.



Syr.

Syr. de Agresta.

Facultate pollet ad modice sistendum fluxiones, ad roborandum ventriculum, ad corrigendum calorem, & æstum. Eo igitur utimur ad frenandam bilem in diarrhœa biliosa, in tenesmo, & dysenteria. Dos. ab unc. j. ad iij.

Syr. citoniorum.

Habet potentiores vires quam syrupus de agresta ad cohibendas fluxiones, ad roborandum ventriculum, sed non constat adeò tenui substantia ac ille. Utimur eo cum pane tosto, & in eo madefacto in prima mensa ad roborandum ventriculum, ut amplectatur alimenta, & præterea additur hic syrupus in potionibus ex mirobalanis, & in illis qui paranrur contra casum, & in omnibus in quibus in animo est roborare. Dos. ab. unc. j. ad iiij.

Syr. oxalidis, vel acetosa.

Optimus est in febribus puncticularibus in morbilis, & variolis, tam per se, quam dum ex eo confectiones cardiacæ parantur.
Dos. ab unc. j. ad. v.

Syr. de succo fumiterræ simplicicum saccaro:

Est optimus in lue venerea, præsertim in gonorrhœa, & scabie. Dos.ab. unc. j. & sem. ad unc. iiij.

Syr. capill. veneris.

Valet ad expectorandum: nam lenit, & cum securitate incidit humores existentes in cavitate vitalia, paulatim deglutiendo illum, proinde optimus est in orthopnœa, & asthmate, estque vehiculum pluribus medicamentis: provacat menses, præparat etiam humores pituitosos, & melancholicos. Dos. ab unc. sem. ad unc. ij.

Syr. pimpinellæ.

Hic syrupus fit eodem modo, quo paratur syr. cap. ven. Habet facultatem incidendi, & attenuandi humores crassos in gibba hepatis parte contentos, & venis magnis. In febribus etiam intermittentibus est mirabile remedium, ac etiam in omnibus febribus, ubi per urinas natura incipit humores expurgare Dos. ab unc. sem ad ij. & sem.

Syr. liquiritiæ.

Obtimus est in cattarrho, in pleuritide, in or-

orthopnœa, in tuſis, in aſthmate, in aſperitate trachiæ arteriæ, & in quibuſcumque pectoris affectibus. Valet etiam ad præparandam pituitam, ad renum affectus, & ad calculoſos, ad gonorrœam, ad modicè urinam provocandam. Doſ. ab unc. j. ad iij.

Syr. limonatæ mellis.

Utuntur mulierculæ hoc ſyr. ad incidendos humores craſſos ventriculi, & eos modicè tergendos in pueris lactentibus.

Syr. mivæ citoniorum ſimplex.

Habet facultatem roborandi ventriculum juvat coctionem, ſiſtit fluxiones proinde eo utimur in lienteria, in diarrhœa, in vomitus ex imbecillitate retentricis. Doſ. ab unc. ſem. ad iij.

Syr. roſarum Alexandrinarum ex novem infuſionibus.

Optimus eſt ad purgandam bilem, & humores ſeroſos in venis contentos, frequentiſsimus eſt illius uſus ad parandas potiones, & confectiones purgantes. Doſ. ab unc. ij. ad unc. v.

Rhodomel rosarum Alexandrinarum;

Habet easdem vires, sed imbeciliores, cum solum habet duas infusiones nam si omnes haberet, esset calidior. Dos. ab. unc. ij. ad iiij.

Rhodomel rosarum rubearum.

Valet ad evacuanda excrementa pituitosa ventriculi, ad modice tergendum, abluendum, roborandum eundem ventriculum, proinde nulla est ætas, & nullum fere temperamentum, in quibus non possimus commode uti in affectibus ventriculi, & prætera in paralysi, apoplexia, epilepsia, convulsionum speciebus, capitis dolore distillatione, & similibus ortis ex materia pituitosa, Dos. ab. unc. j. ad iiij.

Syr. acetosus simplex.

Habet vim hic syrupus contemperandi calorem humorum acrium, & mordacium, quod præstat frigida facultate, præterea materias frigidas, & crassas incindit, attenuat, tergit ex modo substantiæ, aceti scilicèt, propter illius tenuitatem, & proinde eo utimur ad incindendum, & attenuandum humorem melancholicum, in quartana, & in spleniticis. Dos. ab. unc. ij. ad iiij.

Oxy-

Oxymel ſimplex.

Optimum eſt ad incidendum, & attenuandum, & liberandum ab obſtructionibus, ad provocandum ſputum, ſine manifeſto calore, proinde fere ſemper cum omnibus ſyrupis expectorantibus permiſcemus oxymel, & præterea illud pueris exhibemus cum rhodomelle permixtum, eo etiam præparamus pituitam, licet in longinquis venis contineatur: ut in Arthritide, in Podraga, Chiragra, & ſimilibus affectibus. Denique cum oxymellite trochiſcamus Aggaricum ad confectiones, vel potiones parandas. Doſ. ab unci. j. ad unc. ij.

Syr. de byzantijs.

Eſt optimus ad febres diuturnas curandas; nam eſt mediocris facultatis inde obſtruendo, proinde in omnibus hydropis ſpeciebus propter venarum obſtructiones, à quibus hepar liberatur, & illius intemperies frigida corrigitur: tum etiam in cachexia optimus eſt. Dof. ab. unc. j. ad ij.

Syr. granatorum 1. oxiſaccharum ſimplex.

Frequentiſsimus eſt uſus in morbilis, & variolis, incindit, & attenuat etiam humores craſ-

ſos

ſos ratione aceti, frænat bilem, & fervorem ejus mitigat. Doſ. ab unc. ij. ad iiij.

Syr. de cortibus citri.

Gratiſsimus eſt hic ſyr. guſtui, & jucundiſſimus odoratui. Habet facultatem roborandi ventriculun, hepar, & cor, & illorum intemperiem frigidam modicè emeudandi; eſt etiam optimus in uterinis affectibus, in palpitatione cordis, quo utimur cum alijs ſyrupis, vel ex eo paramus confectiones cardiacas diſcutit etiam flatus. Doſ. ab unc. j. ad ij.

Syr. looc. caulium.

Optimus eſt ad tergenda excrementa thoracis puerorum, incidit, attenuat, & concoquit excrementa ventriculi ipſorum. Doſ. à drach. iij. ad unc.j.

Syr. papaveris.

Optimus eſt ad ſedandum dolorem in ardore urinæ quando urget, valet etiam ad conciliandum ſomnum. Doſ. ab. unc. ſem. ad j.

Syr. nenupharis.

Hic ſyrupus optimus eſt ad eoſdem affectus ad quos ſyr. papaveris, ſed mitioris eſt facultatis; & ita ytuntur hoc ſyrupo medici in

in calida renum intemperiæ ex qua ſequitur diabetes, & præterea, in eryſipelate, & alijs affectibus calidis. Doſ. ab unc. ſem. ad unc.ij.

Syr. de adſinthio.

Valet ad roborandum ventriculum, ad corrigendam intemperiem frigidam, & ad juvandam coctionem. Doſ. ab unc. j. ad iij.

Syr. de mentha.

Roborat optime ventriculum, & valet ad necandos vermes. Doſ. ab unc. j. ad iij.

Syr. de endivia compoſitus.

Optimus eſt ad corrigendam calidam hepatis intemperiem, ipſumque roborat, & liberat ad obſtructionibus: tergi namque, modicè incidit, & attenuat: proinde quotidie ad humores præparandos in omnibus ferè febribus deſcribunt medici hunc ſyrupum. Doſ. ab unc. j. ad unc iiij.

Syr. Regis Sabor. 1. bugloſſæ.

Facultatem habet præparandi humorem melancholicum in hypochondriaca affectione, in quartana, in melancholia, & in ſimilibus affectibus ortis ex atrabile. Doſ. ab unc. j. ad iij. & ſi ſumantur unc. iiij. aliquomodo ha-

habet facultatem purgandi dictos humores.

Syr. Diamoron.

Optimus est in principio Anginæ : nam sistit fluxionem. Dof. unc. sem. ad unc. j.

Syr. Dianucum.

Facultatem etiam habet repellendi, & cohibendi humores in Angina in forma gargarismatis cum decoctione plantaginis. Dof. eadem est.

Diacodion Galeni.

Utuntur medici cum sapa in distillationibus humoris acris, & mordacis, & in diarrhœis biliosis, & ad somnum inducendum, cum melle verò ad incidendam, & attenuandam materiam existentem in thorace. Dof.ad unc. sem. ad iij.

Syr. de hyssopo.

Facultatem habet extergendi, & incidendi humores in cavitate thoracis existentes, habet, etiam vim præparandi pituitam salsam in ardore urinæ, & lenit dolorem illarum partium. Dof. ab unc. sem. ad unc. ij. & sem.

Oxymel compositum.

Utimur hoc syrupo dum intensius volumus

mus expectorare, itaque in asthmate, in orthopnœa, & pleuritide, si leviora expectorantia non sufficiant, possumus uti hoc composito oxymelite. Dos. ab unc. sem. ad unc. ij.

Oxym. scilliticum.

Nullus est alius usus quam ad expectorandum ac proinde in affectibus, in quibus rebellis est humor, & contumax propter crassiciem, viscositatem, & lentorem, utimur hoc syrupo, præsertim in perniciosis, & lethalibus affectibus. Dos. ab unc. sem. ad unc. j.

Syr. de fumiterræ compositus.

Optimus est ad modice evacuandum, proinde eo utimur in lue Gallica dum syrupos longos paramus, quo utimur loco sacchari, præparat etiam humorem melancholicum in pruritu, & lepra, quo nunquam utendum est, nisi præcesserint generales evacuationes. Dos. ab j. ad iij.

Syr. de Epitymo.

Vim habet, & facultatem purgandi quoscumque humores adustos, & illos præparata & in morbo Gallico etiam peractis universalibus evacuationibus, ut dictum est de syrupo fumitterræ comp. sub eisdem dos.

Syr.

Syr. de duabus radicibus:

Optimus est hic syrupus ad præparandam pituitam existentem in partibus longinquis ad aperiendas obstructiones hepatis, lienis, & præcipue renum, proinde in calculo affectis utimur hoc syrupo cum syr. cap. ven. Dos. ab unc. j. ad unc. iiij.

Syr. de quinque radicibus:

Ad eosdem affectus optimus est, ad quos diximus usurpari syrupum præcedentem de duabus radicibus, quamvis iste minoris facultatis sit propter minorem quantitatem aceti. Quantitas eadem est.

Syr. de eupatorij.

Facultatem habet aperiendi obstructiones hepatis, & corrigendi ejus intemperiem frigidam: & ita in qualibet hydropis specie eo utimur, dummodo non sit febris. Dos. ab unc. j. ad iij.

Syr. de mucilaginibus.

Optimus est, si quis alius ad sedandum dolorem in urinæ pruritu, ad emendandum calorem in ardore urinæ, ad modice diluendum pituitam salsam, materiam hujus affectus, & cau-

causam. Sed præscribendus est hic syrupus prius peractis evacuationibus necessarijs, ne scilicet humor ad partem affectam ducatur, & præterea hujus medicamenti usus sit per plures dies, ut per duos, aut tres menses, quo tanquam securissimo possumus uti diebus Canicularibus, cum decocto liquiritiæ, hordei malvarum, & similium. Dos. ab unc. ij. ad v.

Oxysaccharum compositum.

Frequentissimus usus est apud obstetrices in pueris, ad modice incidendum, & attenuandum humorem pituitosum: quem per miscent cum syr. byzantino. Optimus est etiam ad provocandam urinam. Dos. ab unc. j. unc. ij.

Miva citoniorum aromatica.

Optimus est hic syrupus ad roborandum ventriculum, & ad corrigendam intemperiem frigidam hepatis, juvat enim coctionem, exciat appetitum, sistit vomitum ex imbecillitate retentricis, & dejectionem; proinde optimus est in lienteria si absit febris. Dos. ab unc. j. ad iij.

Syr. Arthemisiæ.

Valet ad menstrua provocanda, ad inciden-

dendos, & attenuandos humores crassos, ad liberandum uterum ab obstructionibus, & ad insigniter calefaciendum illum. Dos. ab unc. sem. ad unc. ij.

Syr. de Scolopandria simpl.

Cujus usus securissimus est in affectibus lienis, scilicet ad lienem de obruendum, & roborandum. Dos. ab unc. j. ad iij.

Syr. de Scolopendria compos.

Cum fœlicissimo sucessu utimur hoc syrupo in quartana, in lienis scirtho ad præparandos humores melancholicos. Dos. ad unc. sem. ad ij.

Syr. de Betonica.

Optimus est ad corrigendam frigidam intemperiem cerebri, nam incidit, & attenuat humores viscidos, & lentos, & ipsos tergit, roborat cerebrum, & modice flatus discutit. Optimus est in paralysi, in paraplegia, & convulsione à replesione, & similibus affectibus. Dos. ab unc. ad iij.

Syr. stœcbados.

Habet easdem facultates, & doses ut sup. pradictur de Betonica.

Acetum rosaceum.

Vim habet refrigerandi, exsiccandi, roborandi, & penetrandi, propter tenuitatem substantiæ, & proinde in parando oxythodina addimus acetum rosaceum, propter penetrationem: cujus siccitas corrigitur oleo rosaceo, tum etiam, & aqua rosacea. Possunt etiam parari plura unguenta, & multa cerata in renum intemperie calida, in hectica & alijs similibus.

Acetum scilliticum.

Hujus usus interne sumpti non est tutus, & securus. Valet in fœtido oris odore ex excrementis retentis in gingivis, aut ex carne putrefacta gingivarum: nam tergit, exsiccat, incindit, attenuat, dividit, & excrementa expurgat. Valet etiam ad unguenta paranda ad incindendum, & attenuandum crassos humores, ut in paralysi, & similibus affectibus, in quorum uso pro singulis uncijs unguenti addimus drach. j. vel ij. dicti aceti.

DE CONSERVIS.

Conserva rosarum.

¶ Habet vim roborandi facultatem re-

tenericem, & si antiqua sit sistit fluxiones; proinde ad confectiones parandas addimus cum reliquis unc. j. hujus conservæ. Tum etiam si paretur electuarium in tabulis ad roborandum ventriculum, vel adcohibendam fluxionem: quod possumus facere in muliebri profluvio sanguineo, in sputo, in diarrhœa, & similibus affectibus: in quibus præscribimus prædictum electuarium ex hac conserva, temperie modice frigida, & sicca, quamvis tam caliditas, quam siccitas rosarum retundantur. Possumus uti hac conserva in febribus cum potu aquæ frigidæ, præcipue indeclinatione, & principio accessionum, hocque ratione putredinis solum, non autem in principijs febrium, neque in augmento; nam augeretur obstructio. Dos. ab unc. sem. ad ij.

Conserva florum borraginis, & buglossæ.

Habent facultatem modice calefaciendi, & humectandi, proinde in affectibus melancholicis utimur his in tempore intermissionis medicamenti purgantis, & ad exhibitionem alterius medicamenti, ut R. conser. borraginis, & buglossæ añ. unc. iij. sacch. unc. iiij. fiat conditum, & si sint aperiendæ aliquæ obstructiones, addimus his pulverem Diarrhodo-

donis Abbatis, vel ſimilem huic: ſi vero diſcutiendi ſint flatus roſatæ novellæ vel aromatici roſati Gab. vel cinnamomum cauſa penetracionis, vel ne lubricum reddant ventrem propter humiditatem. Ex his eiſdem conſervis poſſunt parari confectiones, vel electuaria, vel boli cum alijs medicamentis permixtis. Doſ. ab unc. ſem. ad ij.

Conſervæ oxalidis. i. acetoſæ.

Vis ineſt refrigerandi, & exſiccandi, cum tenuitate ſubſtantiæ, cujus uſus eſt optimus ad parandas confectiones in febribus puncticularibus, in morbilis, & varioli, tum in febribus malignis, tum, & in affectibus, in quibus oportet altius refrigerare, & aliquomodo cohibere fluxionem. Poſſumus etiam uti in electuarijs, ut ſupra. Doſ. eſt eadem

conſerva violarum.

Frigida, & humida eſt hæc conſerva, & ſi recens ſit lubricando movet alvum parantur ex hac conſerva medicamenta dicta linctus, & electuaria ad aſperitates trachiarteriæ, tum etiam hæc eſt conſerva, ex qua in officinis paratur ſyrupus violarum per annum. Doſis illius eadem eſt ac conſervæ borraginis.

Conserva florum nymphææ:

Habet easdem facultates quemadmodum conserva violarum, & easdem doses.

Conserva florum cicorij.

Optima est ad modice de obstruendum hepar, iludque corroborandum, corrigendo calidam ipsius intemperiem. Dos. ab unc. sem. ad unc. ij.

Conser. cap. veneris.

Utilis est hæc conserva ad apetiendas obstructiones, modice incindendo, & attenuando, & presertim si obstructiones in venis ureri sint. Et præter id vehiculum est hæc conserva alijs medicamentis, licet facultate contrarijs: proinde præterquam quod describitur in formam conditi, ut superiores conservæ, describitur etiam ad parandas confectiones in profluvio muliebri, cum medicamentis quæ valent hunc fluxum cohibere; in qua forma pro unc. iiij. confectionis ex pluribus medicamentis paratæ inijcimus dra. vj. vel vij. hujus conservæ. Est enim in ea confectiones sub actione trenseuntis, non vero sub actione rei permanentis. Dos. ab unc. j. ad iij.

Con-

Conserva stæcados.

Habet vim calefaciendi, & exsiccandi cerebrum, quod etiam roborat, proinde ea utimur dum repletum est cerebrum crassis humoribus, ut in paralysi, convulsione ex repletione, in memoria deperdita, & similibus affectibus. Dos. ab unc. sem. ad unc. j. & sem.

Conserva roris marini.

Easdem habet facultates, & doses, & præter dicta corrigit, & emendat frigidam intemperiem ventriculi.

Aliæ multæ conservæ possunt parari: verum omnes conspirant circa facultates supradictarum.

DE ELECTUARIJ.

Electuarium ex succo liquiritiæ.

Optimum est incindendos, & attenuandos crassos humores in thoracis cavitate contentos, ad emendandam etiam asperitatèm trachiarteriæ, ut in tussi, catattho, & alijs similibus affectibus.

Electuarium ex radice ireos.

Est ejusdem facultatis, sed potentius agit

 qu am

quam elect. de succo liquiritiæ ; neque ita gratum est gustui.

Electuarium ex succo rosarum.

Valet ad purgandam bilem à drach. ij. ad unc. j. & sem.

Electuarium ex semine carthami.

Purgat pituitam crassam ex partibus longinquis. Dos. à drach. ij. ad unc. ij.

Elect. Diarrhod. Abb.

Facultatem habet roborandi hepar post purgationem illius. Dos. à drach. j. ad drach. ij. per intervalla.

Elect. rosatæ novellę

Utuntur medici hoc electuario in frigida ventriculi intemperie, & in ventris subversione, roborat namque illum, & discutit flatus. Dos. à drach. j. ad ij.

Electuar. diatrium santalorum.

Roborant hepar, & ventriculum. Dos. eadem est.

Elect. arom. rosati.

Utuntur medici hoc electuario in intempe-

perie frigida ventriculi, & ad discutiendos flatus, est etiam optimum medicamentum in palpitatione, & affectibus uterinis. Dos. à drach. j. ad iij.

Elect. diacymini.

Ad discutiendos flatus, & dolores ventris ab intemperie frigida ortos multum prodest. Dos. à drach. j. ad iij.

DE SPECIEBUS LOOCH.

Looch. de scilla.

OPtimus est in asthmaticis, in apoplecticis, in orthopnoicis, & similibus affectibus, ad optime tergendum, & summe incidendum crassa thoracis excrementa.

Looch. de pulmone vulpis.

Prodest in pulmonis ulceris, ut dicunt, à qualitate occulta.

Looch. sanum, & expertum.

Eo utimur ad lambendum in affectibus thoracis.

Looch. lentium.

Valet ad morbillos, & variolas quando affici-

ficitur guttur. Permiſcetur aliquando cum theriaca de citro ad eoſdem affectus. Doſ. à drach. ſem. ad ij.

DE PULVERIBUS.

Pulvis diatragacanthi.

OPtimus eſt in conſumptis in maraſmo affectibus, in hecticis, in gutturis aſperitatibus.

Pulvis diæpapaveris.

Eſt etiam optimus, ut ſupra, in hecticis, præcipuè nimium vigilantibus.

Pulvis Electuarij reſumptivi.

Habet etiam eaſdem facultates ut ſuperiores, omnes enim ſumuntur in pauca quantitate.

Pulvis diamargaritones frigidi.

Hepar, cor, & ventriculum roborat, & refrigerat, unde utimur hoc pulvere in calida harum partium intemperie, in deliquijs animi. Doſ. à drach. ad ij.

Pulvis diarrhodonis Abbatis.

Corrigit calorem contractum ex medica-

men-

mento purganti, & facultates lacéſsitas roborat, tum etiam, & obſtructionis reliquas abſumit. Doſ. à drach. ſem. ad ij.

Pulvis diatrium ſantalorum.

Optimum eſt hoc medicamentum ad corrigendam calidam hepatis intemperiem, ut in diarrhœa bilioſa, & alijs laborantibus prædicta intemperie, deinde jecur roborat, & illius obſtructiones emendat. Doſ. à ſcrup.iiij. drach. ij.

Pulvis lætitiæ Galeni.

Calidus eſt, & ſiccus in receſſu ſecundi, & preditus ſubſtantiæ tenuitate; proinde omnes affectus frigidos emendat longinquarum partium, ut cordis, & cerebri propter crocum, qui ut vaporoſus reliquorum ſimplicium facultates ad cerebrum ducit, unde in paralyticis, & apopleticis, & ſimilibus prodeſt. Doſ. ut ſupra.

Pulvis arom. roſ. Gabrielis.

Hoc medicamentum eſt ſuaviſsimum olfactui, & jucundiſsimum guſtui, & ſaluberrimum, & ſecuriſsimum in frigida cujuſvis intemperie partis: propterea eo utuntur medici in parapliegia, paralyſi, epilepſia, convulſio-

ſione ex repletione, in ſtupore, & alijs, frigidis, viſcidis, & craſsis: nam hos humore incidit modice, & attenuat, partes calefacit, & eaſdem roborat, prætereà in palpitatione ventriculi, & cordis optimus eſt: nam flatus modice diſcutit, & eaſdem partes roborat, corrigendo intemperiem. Doſ. à drach. ſem. ad drach. j. & ſem.

Pulvis diambræ.

Omnibus viſceribus roborandis efficaciſſima eſt diambra, ſi à cauſa frigida ſint imbecilla: nam refficit ſpiritus, fovet calorem natiuum, uteri affectibus prodeſt, & valde ſenibus, & mulieribus convenit. Doſ. à drac. ſem. ad ij.

Pulvis roſatæ novellæ.

Imbecillum ventriculum roborat, flatus diſcutit, appetentiam excitat, nauſeam ſedat, humores lentos incidit, colico dolori medetur, & vomitum compeſcit. Doſ. à drach. ſem. ad drach. j. & ſem.

Pulvis Diaymini.

In regionibus frigidis utuntur medici hoc pulvere ad diſcutiendos flatus. Doſ. à drac. ſem. ad drach.

Pul-

Pulvis lætificans Rhasis.

Ex hoc pulvere parantur sacculi in cordis, & ventriculi palpitatione, pilei, aut semi cucuphæ in frigidis cerebri intemperiebus, ut in memoria deperdita, id apoplexia, & affectibus similibus. Præterea possunt parari potus ex hoc pulvere, addito aliquo liquore, veteris affectionibus, & hystericis. Dos. à scrup.j. ad scrup. iiij.

Pulvis pliris acroticon.

Tutissimus est usus hujus medicamenti in frigidis affectibus cerebri, ubi opus est calefacere, & flatus discutere. Dos. est eadem.

Pulvis ducis.

Datur cum aquis diureticis in suppressione urinæ ex calculo, arenualis humoribus frigidis, viscidis, & lentis. Dos. à drach. sem. ad unc. sem.

Pulvis Electuarij resumptivi.

In marcore, febre hectica, & consumptis utuntur medici hoc pulvere. Dos. à drach. j. ad iij.

Pulvis diagalangæ.

Discutit flatus ventriculi, hepatis, & cere-
bri

bri intemperiem frigidam, & humidam corrigit, & aliquantulum urinam movet. Dos. à drach. sem. ad drach. ij.

Pulvis Reginæ Aragonum.

Obstetices in abortu utuntur frequentissime hoc pulvere. Possunt etiam ex eo parari elect. ad præcautionem abortus. Dos. drach. ij.

Pulvis restrictivus.

Frequentissimus usus est ad condensandum & incrassandum sanguinem, ad comprimendas, repellendas, firmandasque partes laxas, & salutas. Præcipuus tamen usus ad externa in forma linimenta, aut cataplasmatis, in ossium fracturis, in contusionibus, & profluavijs sanguinis narium.

Pulvis contra vermes.

Optimus est ad vermes necandos. Dos. dr. sem ad drac. j.

Pulvis Papæ Benedicti.

Valet ad corrigendam ventriculi frigidam intemperiem, in senibus, ab discutiendos flatus, ad provocandam urinam, ad consummēdas humiditates, & excrementa quæ præcedunt, ut materia calculi, & denique ad juvandam

dam coctionem, & roborandum cerebrum; Dos. drach. ij. post prandium, & cœnam.

Pulvis contra casum.

Optimus est ad roborandas partes internas in casu. Dos. à drach. ij. ad iij.

Pulvis hieræs. Galeni.

Utuntur medici hoc pulvere ad billem purgandam ex primis tantum venis, quoniam ob terrenam substantiam non transitius facultas ad hepar. Roborat etiam ventriculum; incindit, atque attenuat humores illius crassos. Dos. à drac. j. ad unc. sem.

Pulvis hieræ comp. & benedictæ.

Utuntur medici his pulveribus ad paranda suppositoria in affectibus frigidis cerebri, & ventriculi.

Pulvis hiralogodionis, & hieræ diacolocinthidos.

Etiam utuntur ad eosdem affectus quando vehementer urgent.

DE TROCHISCIS.

Trochisci galliæ moschatæ.

¶ Valent ad roborandum cor, cerebrum, ma-

& matricem. Ex ipſis fiunt emplaſtra pro matrice.

Trochiſci galliæ moſchatæ Nicolai.

Vim habent calefaciendi, & exſiccandi, roborandi, & diſcutiendi flatus in utero. Itaque corrigunt intemperiem humidam afluxu ilapſuque illius.

Trochiſci Aliptæ moſchata.

Valet ad conficienda emplaſtra uteri pro ſterilibus.

Trochiſci galliæ elephanginæ.

Sunt efficaces ad roborandum ventriculum, cor, cerebrum, hepar, & reliquas partes nutrientes. Doſ. à ſcrup. ij. ad drach. j.

Trochiſci ramich.

Roborant cor, ventriculum, & hepar magis quam predicti galliæ elephanginæ, ſub eadem doſi; fluxionem ſiſtunt.

Trochiſci de ſpodio.

Etiam fluxionem ſiſtunt, & facultatem retentricem roborant. Doſ. à drach. j. ad drach. j. & ſem.

Tro-

Trochisci de Karabe.

In muliebri profluvio, in hæmorrhagia, in diarrhoea. & similibus evacuationibus valet. à scrup. j. ad scrup. iiij.

Trochisci de absinthio.

Plurimum conducunt ad excitandum appetitum, roborantque ventriculum, & hepar, & obstructiones harum partium emendatn. Dos. à drach. sem. ad drach. j. & sem.

Trochisci de rhabarbaro.

Facultatem habent incidendi, attenuandi, tegendi, & roborandi, & purgandi, humorem biliosum per urinam, proinde cum foelici sucessu possumus ut in hydrope, ictero, & obstructionibus inveteratis, ut in his quæ relinquuntur in hemetritæo, aut in alia specie tertianæ spuriæ. Dos. à drach. sem. ad dr. j. & sem.

Trochisci de eupatorio.

Utuntur medici his trochiscis in ictericis, & hydropicis, prosunt enim valde lienis, & hepatis tumoribus. Dos. à drach. j. ad ij.

Trochisci de terra sigillata.

Vim habent roborandi facultatem natura-

ralem retentricem, & incrassandi sanguinem; nam sunt efficacissimi in sputo sanguinis, thoracis, in profluvio muliebri, & denique cohibent reliquas immodicas evacuationes. Dos. à drach. sem. ad drach. j. & sem.

Trochisci de berberis.

Diarrhœas sistunt præsente febre ardente. Dos. à drach. sem. ad drach. ij.

Trochisci de mirrha.

Optimi sunt ad secūdinas pellendas in partu laborioso, ad fœtum mortuum eijciendum, ad menstrua provocanda. Dos. à drac. sem. ad j. sem.

Trochisci de capparibus.

Conducunt in lienis scirrho, quod viscus ab obstructionibus liberant, flatus discutiunt. Dos. est eadem.

Trochisci Diarrhodon.

Ad febres pituitosas valent, inveteratas, & alijs implexas, ad ventriculi dolorem mulcendum, & humores ipsi adhærentes detergendos. Dos. à drach. sem. ad drach. j

Trochisci de spodio cum semine acetosæ.

Valent ad sitim extinguendam, & ad ventri-

triculi, & hepatis inflammationem. Dos. à drach. sem. ad drach. j. & sem.

Trochisci ad KeKengi.

Utuntur medici in ardore urinæ his trochiscis, prosunt renibus ulceratis, uteribus, & vesicæ, & meatui urinario ulcerato, & dolores instarum partium mitigat. Dos. à drach. sem. ad drach. ij.

Trochisci albandal.

Optimi sunt ad purgandos humores crassos ex partibus longinquis, in stupore, paralysi, in convulsiones ex repletione, & similibus affectibus, in quibus, & in apoplexia parantur enemata, & supositoria. Dos. à scru. ij. ad iiij.

DE MEDICAMENTIS PURgantibus.

Pilulæ aggregativæ.

PRæcipuè purgant bilem, & omnes humores: tum etiam humorem pituitosum, & melancholicum purgent. Dos. à drach. j. ad scrup. iiij.

Pilulæ de Rhabarbaro.

Solum evacuant humorem biliosum à scrup. iij. ad iij.

Pilulæ fætidæ majores.

Purgant ex partibus longinquis humores crassos, & contumaces, melancholicos, & pituitosos. Dos. à drach. sem. ad scrup. iiij.

Pilulæ Indæ.

Humorem pituitosum in thorace positum purgant hæ pilulæ. Dos. à scrup. ij. ad drach. j.

Pilulæ lucis majores.

Prosunt cum fœlici successu in oculorum affectibus : nam purgant humorem pituitosum in cerebro contentum. Dos. à scrup. ij. ad iiij.

Pilulæ lucis minores.

Eadem habent facultatem, sed potentiorem. Dos. à drach. sem. ad drach. j.

Pilulæ Indæ.

Utuntur medici his pilulis ad purgandos humores melancholicos. Dos. à drach. sem. ad scrup. iiij.

Pi-

Pilulæ ſthomaticæ.

Ad juvandam coctionem, & retentionem alimentorum utuntur medici: utuntur namque ante cibum, præſertim in ijs in quibus non fit retentio alimenti. Doſ. à drach. j. ad ij.

Pilulæ elephanginæ.

Ad munificandum ventriculum; cerebrum, & inſtrumenta ſenſum ad humoribus craſsis, & putridis valent. Valent etiam ad corroborandum ſtomachum; juvant enim coctionem. Doſ. à ſcrup. ij. ad iiij.

Pilulæ cocciæ Rhaſis.

Utuntur medici his pilulis in dolore capitis inveterato, ut in hemicrania, & cephalæa in paralyſi, & epilepſia, & alijs affectibus, in quibus oportet cerebrum purgare ab humoribus pituitoſis. Doſ. à ſcrup. ij. ad iiij.

Pilulę fumaria.

Valent in pruritu, ſcabie, & affectibus cutaneis: nam ſuccus fumiterræ facultatem habent purgandi humores bilioſos, & à duitos per urinam. Doſ. à ſcrup. ij. ad drach. j.

Pilulæ Azaiereth.

Facultatem habet purgandi humorem biliosum contentum in primis venis: evacuant etiam excrementa putrida ventriculi. Valent ad præcautionem pestis, si sumantur per plures dies. Dos. drach. sem.

Pilulæ Rhasis.

Tempore pestis ad præcautionem possunt exhibere singulis diebus, juvant, enim ventriculi coctionem, illumque expurgant ab excrementis pituitosis, biliosis, & alijs putridis, præ quibus parati sunt hominis incidere in obstructiones. Præterea possumus optime uti his pilulis absente constitutione pestilenti ad præcavendos alios morbos. Dos. drach. j.

Pilulæ Au·ræ.

In ophtalmia, & hemicrania calida, possumus uti his pilulis. Dos. à scrup ij. ad iiij.

Pilulæ arthriticæ.

Ad podragam, chiragram, & similes affectus articulorum prosunt. Dos. à drach. j. ad scrup. iiij.

Pilulæ mastichinæ.

Valent ad purgandam bilem, & pituitam te-

tenuem. Dos. à scrup. ij. ad iiij.

Pilulæ sine quibus.

Quibus utimur in ophthalmia ex bile, & in alijs affectibus, ut in tertiana nota , ad purgandum humorem biliosum, & pituitosum. Dos. à drach. j. ad drach. j. & sem.

Pilulæ cocciæ Galeni.

Ad purgandos crassos humores de partibus longe distantibus valent. Dos. à scrup. j. añ. drach. j.

Pilulæ de quinque generibus myrobalanorum.

Optimæ sunt ad purgandum bilem, pituitam, & melancholiam. Dos. à drach. sem. ad scrup. iiij.

Pilulæ de lapide Ameno.

Vehementi facultate sunt prædictæ ad purgandum humorem melancholicum. Dos. à scrup. ij. ad iiij.

DE MEDICAMENTIS PURGANTICUS in forma confectionis.

Confectio hamech.

¶ Utuntur medici hac confectione ad

purgandam melancholicam, & bilem flavam: Dos. à drach. iij. ad drach. x.

Confectio diaphænicon.

Evacuat ex partibus propinquis pituitam Dos. à drach. iij. ad drach. xij.

Confectio diacatholicon.

Omnem redundantiam humorum purgat, & præcipuè bilem. Dos. à drach. iiij. ad xv.

Confectio diasenę.

Cum fœlici successu utuntur medici hac confectione in melancholia laborantibus. Dos. à drach. iij. ad xij.

Confectio Indi majoris, & minoris.

Valet ad purgandam pituitatam. Dos. drach. iiij. ad drach. xiv.

Confectio diaprunis solutivi.

Optima est hæc confectio ad purgandam bilem, ad emendandam jecoris calidam intemperiem. Dos. à drach. iij. ad xij.

Confectio Gentilis laxativa.

Humorem melancholicum evacuat. Dos. à drac. iiij. ad xiv.

Con-

Confectio benedictæ.

Utuntur medici hac confectione ad enemata paranda in quibuſcunque frigidis affectionibus ad irritandum. Doſ. per ſedem unc. ij.

Coofectio bieræ. S.

Eiſdem affectibus eſt obtima, quibus exhibetur pulvis hieræ ſ. Gal. Doſ. à drach. iii. ad ix.

Confectio bieræ. C.

Ad enemata paranda poſſumus uti hac conconfectione ad pituitam vitream evacuandam. Doſ. ab unc. j. ad unc, ij.

Confectio bieræ lagodionis.

Etiam ad enemata paraeda utuntur medici hac confectione ad apoplecticos, & paralyticos. Doſ. eadem ſit.

Confectio bieræ diacolocynthidis.

In dolore capitis inveterato valet, nam craſſos humores ex partibus longinquis evacuat. Doſ. à drach. iij. ad unc. j.

Confectio electuarij roſati.

Valet ad purgandam bilem, eſtque gra-

tum medicamentum. Dos. à drach. iiij. ad .ij

Cassia præparatæ.

Optima est ad potiones purgantes, ad enemata paranda, & ad conficiendos bolos, Dosis à drach. iiij. ad unc. ij.

Confectio zaqualtipan, nostra vulgo xalapa.

R. Zaqualtipanis -------------- drach. iij.
Sacchari albi ------------- drach. j. & sem.
Cinnamomi)
Zinziberis) añ. ----------- drach. iiij.
Coriophyllorum)
Polypodri quercivi ----------- drach. ij.
Mannæ electæ ------------------ unc. sem.
Pulveris dragacant. fr. ----------- drach. iij.
Turbith. ---------------- drach. iij. & sem.
Radicis saxifragiæ --------------- drach. j.
Rhabarbari electi -------------- drach. vj.
Spicænardi)
Piperis longi) añ. ------- dra. ij. & sem.
Anisi -----------)

Terantur subtilissime, & cum melle q. s. fiat confectio, quæ sub quantitate drach. vj. ad summum, & drach. iij. ad minimum datur. Permiscetur etiam cum alijs confectionibus, ad purgandum humorem biliosum, & pituitosum.

Za-

Zaqualtipan, vulgo xalapa, eſt radix quædam nova ex India Occidentali oportata: eſt namque medicamentum benignum, & fuit à nobis expertum fœlici cum ſucceſſu. Solus etiam pulvis datur à drac. j. ad ij.

Noſter optimus, & peritus ſenex Pater frater Antonius Caſtell. hujus monaſterij Montiſſerrati inſignis Pharma copola, rerum indicarum vigilantiſsimus indignator, in Hiſpania fuit primus qui periculum de hujus radicis propietate fecit, cum à quodam religioſo conſorte ſuo in ipſa inſula Zaqualtipan nuncupata, eleemoſynas pro ſuo Cœnobio quæſitante, miſſa fuit quædam quantitas radicis ſupra dictæ, illiuſque virtutem (ut ſcriptum fuit ab illo) veram, & quaſi miraculoſam invenit, quare inter confectiones purgantes viſum fuit hanc noſtram reponere, ut poſsit medicus ſi voluerit, vel in pulverem, vel in formam dictam præſcribere.

CONFECTIONES CARDIACÆ.

Confectio Al Kermes.

UTuntur medici ad roborandum cor in ſyncope, in palpitatione, & alijs cordis affectibus. Doſ. à drach. j. ad drach. ij.

Cen-

Confect. Gent. cord. cont. melanc.

Valet ad flatus discutiendos melancholicos; ad roborandum cor, & omnes partes internas, & ad conciliandum summum. Dos. à drach. sem. ad drach. ij.

Confectio hyacinthorum.

Valet tempore pestis, & alijs morbis malignis. Dos. à scrup. ij ad drach. j. & sem.

Confectio diamoschi dulcis.

Valet ad uterinos affectus, & ad discutiendos flatus. Dos. à drach. sem ad drach. j. & sem.

Confectio diamochi usualis.

Habet facultatem roborandi cerebrum, & ventriculum, ad affectus melancholicos etiam valet. Dos. est eadem.

Confectio limonatæ smaragdorum.

In epilesia puerorum est efficacissimum remedium, valet etiam in cordis affectibus. Dos. à scrup. j. ad scrup. iiij.

Confectio Theriacæ de citro.

Utuntur medici hac theriaca in mrobilis, & variolis, præterea in febribus puncticula-

cularibus, & fere in omnibus puerorum ab obſtetricibus commendatur. Doſ. a ſcrup. j.ad drach. j.

ALIÆ CONFECTIONES.

Confectio requiei puerorum.

HAc confectione utuntur mulierculæ in affectibus ventriculi, & cerebri frigidis eſt namque familiariſsimum medicamentum pueris cum fœlice ſucceſſu. Doſ. à ſcrup. j.ad drach. j.

Confectio diacidonitis Placæ.

Summopere roborat, & purgat aliquomodo ventriculum. Doſ. à drach. ſem. ad drach. j. &. ſem.

Confectio diæcidonitis Galeni.

Ad roborandum ventriculum valet vomentibus bilioſa quotidie. Doſ. à drac. ſem. ad drach. j.

Confectio diaſatyrion.

Celebrata eſt hæc confectio ad excitandam venerem, hecticis etiam prodeſt. Doſ. à drach. ij. ad iij.

Con-

Confectio cyphoides.

Valet in Anaſarca, ſi ſola exhibetur verum ſi datur cum electuario arom. roſ. valet in tympanite. Et ſi datur cum ſucco ireos, valet in Aſcite. Doſ. à drach. iij. ad drach. vj.

Confectio de baccis lauri.

Utuntur Medici hac confectione in dolore colico ex pituita vitrea. Doſ. à drach. j. ad iij.

Confectio anacardina.

Si datur cum conſerva ſtœchado, vel meliſſæ, valet ad recuperandam memoriam: datur etiam in apoplexia, & paralyſi. Doſ. à ſcrup. ij. ad drach. j. & ſem.

Confectio diacurcumæ moris.

Optima eſt in frigida jecoris intemperie, ventris, renuum, & matricis. Doſ. à drach. ſem. ad ſcrup. iiij.

Confectio dialaccæ majoris.

Valet ad eoſdem affectus, ad quos valet diacurcuma, ſub eadem quantitate.

Confectio diolaccæ Iſaa.

Sub eadem quantitate, & ab eoſdem affectus

ctus valet hæc confectio, ad quos ipsa diacurcuma.

Confectio dianisi.

Valet ad discutiendos flatus ventriculi, etiam prodest tussi a pituita ortæ. Dos. à drach. j. ad drac. iij.

Confectio lithortripon.

Optima est in suppressione urinæ ex humoribus lentis, & crassis. Dos. à drachm. ij. ad iiij.

Confectio philanthropos.

Easdem habet vires, quas habet lithontripon.

Confectio philonij majoris.

In ingenti dolore, & inflammatione ventriculi utuntur medici hac confectione, & ad conciliandum somnum in febribus biliosis cautè tamen utenda venit hæc confectio. Dos. à drach. sem. ad drach. j.

Confectio philonij Persici.

Valet in sputo sanguinis mirabiliter, & in diarrhœa, & dysenteria, quando mitiora medicamenta non prosunt. Dos. à scrup. j. ad scrup. iiij.

Con-

Confectio requiei magnæ.

Ad ſomnum conciliandum in quacumque febris ſpecie valet. Doſ. à ſcrup. ij. ad drach. j. & ſem.

Confectio micletæ.

In diarrhœis contumacibus eſt utilis. Doſ. à ſcrup. j. ad iiij.

Confectio trium piperum ſ. Gal.

Ad flatus ventriculi diſcutiendos, & quando refertus eſt pituitæ copia, valet hæc confectio, addendo electuarium liquidum arom. roſ. Doſ. à drach. j. ad iij.

Confectio Theriacæ magnæ.

Optima eſt adverſus frigidos uteri affectus cerebri, renum, & aliarum partium, tempore peſtis adverſatur venenatæ qualitati, morſibus animalium venenatorum, & denique ipſis venenis aſſumptis. Doſ. à dra. ſem. ad drach. j. & ſem.

Confectio Mithridati.

Valet ad menſes purgandos, & ad omnes affectus, ad quos valet theriaca magna. Doſ. drach. ſem. a d ſcrup. iiij.

Con-

Confectio triphera magnæ.

Prodeſt ſi conficitur ſine opio, ad flatus in longinquis partibus exiſtentes diſcutiendos, & adverſus intemperiem frigidam. Obſtetrices utuntur hac confectione ad menſtrua purganda. Doſ. à drach. j. ad drach. ij.

Confectio antidoti hæmagogi.

Etiam eſt optima ad purgandos menſes cum aqua meliſſæ vel ſabinæ. Doſ. à drac j. & ſem. ad drach. iij.

Confectio ſcordij.

In conſtitutione peſtilenti multum prodeſt, ſi datur cum aqua ſtillatitia ſcordij. Doſ. à drach. ſem. ad drach. j.

Confectio triphera Sarracenicæ.

Valet ad diſcutiendos ventriculi flatus,& ad ſedandum dolorem in ipſo contentum. Doſ. à drach. j ad drach. ij.

Confectio dioſpolitici.

Ad eoſdem affectus valet, ad quos valet triphera Sarracenica, ſub eiſdem doſibus.

Confectio diateſſaron.

Optima eſt ad epilepſiam, paralyſim, & alios

aliós morbos frigidos ventriculi, & hepatis, & aliquando ad morſus ſcorpionum. Doſ. à drach. j. ad drach. ij.

DE MEDICAMENTIS EXTERNSI.

Collyrium Lancfranc uſuale.

FAcultatem habet exſiccandi, & tergendi ulcera ſordida pudendi, & aliarum partium.

Collyrium album Rhaſis.

In ophthalmia utuntur medici hoc collyrio cum opio, ſi ingens ad ſit dolor, & abſque opio, ſi non eſt dolor.

Collyrium album uſuale.

Utuntur enim medici hoc collyrio in oculorum ægritudinibus, nam facultatem habet repellendi, exſiccandi, & refrigerandi, & dolorem levem mitigandi.

Oleum amygdalarum dulcium.

Mirificè prodest hoc oleum in varijs affectibus. Imprimis optimum eſt ad emendandas ſiccitates aſperæ arteriæ ex ſiccitate contractas, valet ad dolorem nephriticum cum ſaccaro candido permixtum, in oleo, & in co-

colico ad emolliendam alvum, & ad dilatandas partes. Dos. ab unc. sem. ad unc. iiij. Præterea exterius applicatur in dysuria, si dolor adest, in meatu urinario si injiciatur per fistulam. Prodest etiam ad emendandas, & corrigendas siccitates nervorum; utile est in marasmo affectis, atrophia, & tabidis, valet ad unguendos articulos in defatigatis ex itinere, nam lassitudinem emendat; valet etiam ad juvandum sputum in pleuritide.

Oleum sesaminum.

Valet ad jubandum sputum in catarrho, in pleuritide, & asthmate.

Oleum recininum ex baccis lauri.

Optimum est in dolore colico, ad discutiendos flatus, aperit, emollit, & intemperiem frigidam absque fluxu humoris emendat. Valet etiam in quibuscumque frigidis affectibus partium nervosarum, & cerebri.

Oleum rosarum omphacinum.

Valet in principio phrenitidis, nam refrigerat, & repellit, & alijs affectibus capitis, præcipuè in ulneribus, ne cerebri partes teneantur aliqua inflammatione, & valde efficax est adparendum ceratum refrigerans Galeni pro febre hectica.

Oleum rosarum.

Facultatem habet modice digerendi, repelendi, & refrigerandi. Parant ex eo medici oxirrhodina in incremento phrenitidis.

Oleum violarum

Optimum eſt in calida intemperie, in inflammationibus, parantur etiam ex eo oxyrrhodina, & enemata, & unguenta ad ſiccitatem emendandam, & corrigendam, ſpinæ dorſi ibita, ut in maraſmo, aut in ſiccitate contracta per febrilem calorem.

Oleum chamomillæ.

Modice calefacit, reſolvit, & partes nervoſas roborat, & dolorem ſedat.

Oleum anthinum.

Facultatem habet digerendi, ſedandi dolores ad partes nervoſas.

Oleum cydoniorum.

Valet ad cohibendas fluxiones ventriculi in diarrhœis, & vomitionibus.

Oleum myrtinum.

Ad eoſdem affectus valet ad quos valet oleum

oleum cydoniorum, ſed efficatius.

Oleum maſtichinum.

Ad emendandas immodicas evacuationes ſive per alvum, ſive per uterum valet.

Oleum nardinum.

Facultatem habet digerendi, adſtringendi, & calefaciendi, unde in uteri affectibus hepatis, & ventriculi utuntur medici, & obſtetrices in coriza puerorum, naribus appoſita.

Oleum abſinthij.

Valet ad corroborandum ventriculum, & corrigendam intemperiem frigidam ejuſdem.

Oleum rutæ.

Inſignem habet facultatem calefaciendi, extenuandi, & digerendi in colico dolore ex pituita vitrea.

Oleum coſtinum.

Valet in nervorum affectibus: nam habet inſignem facultatem roborandi, calefaciendi, attenuandi, apperiendi nervoſi generis meatus.

Oleum de euphorbio.

Optimum eſt hoc oleum in hemicrania,

cephalalgia, & lethargo: Valet etiam in affectibus frigidis nervorum.

Oleum de lilio.

Utuntur medici hoc oleo in glandulis inflammatis, tum in collo, tum in inguinibus, & etiam sub alis: nam habet facultatem calefaciendi, concoquendi, & resolvendi.

Oleum irinum.

Valet ad resolvendum, maturandum, & dolorem sedandum, etiam in glandulis induratis, & in quibuscumque alijs tumoribus.

Oleum de croco.

Habet facultatem roborandi nervos, & uterum, sedat dolores harum partium, & durities dissipat.

Oleum laurinum.

Habet easdem facultates, quas habet oleum ex baccis lauri.

Oleum de piperibus.

Habet facultatem calefaciendi, attenuandi, tergendi, & liberandi ab obstructionibus. Proinde utuntur medici hoc oleo in paralysi, & convulsione, & in quibusqumque nervo-

vorum frigidis affectibus uteri, colli, renum, & vesicæ, quarum partium calculos comminuit. In arthritide, & ischiade etiam valet.

Oleum moschelinum.

Ad omnem frigidatem corporis valet, potissimum ventriculi, & lateris in pleuritide notha.

Oleum de capparibus.

Ad aperiendas obstructiones lienis valet.

Oleum tamarisci.

Easdem habet facultates, ac superius explicatum de caparibus.

Oleum castorei.

Habet facultatem incindendi, & attenuandi crassos humores in articulis existentes: est enim optimum in quibuscumque frigidis affectibus, in locis profundis præsertim existentibus.

Oleum scorpionum.

Utuntur medici hoc oleo in dolore nephitico, in colico, in retentione urinæ, & similibus.

Oleum lumbricorum.

Habet facuitatem incindendi, leniendi, & digerendi humores in partibus colli,& articulorum.

Oleum hyperici.

Medici utuntur hoc oleo in dolore nephritico, colico, & iſchiadico: chirurgi in capitis vulneribus.

Oleum vulpinum.

In atritide, podraga, & chiragra valet oleum hoc, ut docet Sylvius.

Oleum de portulaca.

Frigidam habet facultatem, unde exiſtente nimis calido hepate, ut indiarrhœa, multum prodeſt.

Oleum papaveris albi.

Ad ſedandos dolores ingentes medici, & chirurgi utuntur hoc oleo, hebet ando ſenſum. Valet ad conciliandum ſomnum in phrenitide.

Oleum ſambucinum.

Hoc oleum lenit, & mundificat cutim, & confert doloribus nerborum, & fovet, & corroborat eos.

Oleum ſampſuchinum.

Nervos fovet, & calefacit, & mirifice adjuvat ſtomachum, & capitis dolori confert.

Oleum cheyrinum.

Humores craſſos reſolvit, & dolores qui ſunt in nervis, & juncturis, in pectore, renibus, & veſica ſedat.

Oleum

Oleum de mirrha.

Maculas faciei ex sole contractas detergit.

Oleum ex ovis.

Valet ad curanda ulcera maligna, & fistulosa, & vitia cutis expurgat.

Oleum de lateribus.

Insignes habet facultates: nam calefacit, & siccat multum, & digerit, & materiam omnem excrementitiam consumit: Quare epilepsiæ paralysi, vertigini, oblivione, & lienis, renum, vesicæ, uteri, nervorum, articulorum omnium doloribus frigidis mirificè conducit.

Oleum de terebinthinæ.

Hoc oleum in omnibus ægritudinibus frigidis, & flatuosis convenit, & frigidis nervorum affectibus, in asthmate, & difficultate anhelitus etiam prodest.

DE VNGVENTIS.

Vnguentum album Razis.

FAcultatem habet refrigerandi, & exsiccandi, chirurgi utuntur illo in ulceribus ex combustione, & in vulneribus superficialibus.

Unguentum de lithargiro.

Valet ad refrigerandum, & exſiccandum; & in pruritu, & ſcabie, ſæpiſsimè applicatur.

Unguentum diapomphlolygos.

In inflammationibus ulcerum, & eorumdem humiditatibus utuntur chirurgi hoc unguento: valet etiam in ulceribus contractis ex prutitu, eſt namque medicamentum cicatricem inducens.

Unguentum roſacceum.

Commendatur ad ſedandum plhegmonem, eryſipellata, herpetes, & ad corrigendam calidam cephalalgiam, & denique ventriculi, & hepatis intemperiem calidam.

Unguentum roſatum ſantalatum.

Magis refrigerat, & roborat, hoc unguentum quam ſuperius propoſitum, ac proinde eo utuntur medici inhepatis intemperie calida, & in dolore renum contracto ex calida, intemperie, & in ſimilibus affectibus.

De unguento Ægyptiaco.

Utuntur chirurgi hoc unguento in ulceribus cacoèthibus, inducit enim eſcharam incidit, & attenuat, & tergit carnem mortuam, & reliqua excrementa; valet in ulceribus pudendorum, ad collyria illius partis paranda, lotioneſque conficiendas.

Un-

Unguentum ba ſiliconis.

Utuntur eo chirurgi in bubonibus, in perȧnionibus ſuppuratis, & apertis, & in alijs capitis, & aliarum partium ulceribus.

Unguentum media confectionis.

Valet ad vulnera ſimplicia, ad modice tergendum, & exiccandum.

Unguentum nigrum Sarracenum.

Inſignem habet facultatem atrahendi, extergendi, & expurgandi excrementa, & vulnera exſiccandi, hinc in capitis vulneribus optimum eſt.

Unguentum reſumptivum.

Valet ad corrigendam ſiccam intemperiem, & aliquantulum calidam, nam per exceſſum eſt frigidum, & humidum, ideoque valet ad conſumptos, hecticos, ad macie laborantes, & ad motus convulſivos, contractos in febribus ardentibus.

Unguentum citrinum.

Optimum eſt ad emendanda faciei vicia ex cauſa externa, hinc maculas à ſole contractas tergere valet.

Unguentum de arthanita.

In aſcite valet hoc unguentum, dum reliqua non poſſunt: nam abdominis purgat aquas, & ſeroſos humores.

Un-

Unguentum album Sarracenum.

Valet ad repellendum, & refrigerandum; proinde utuntur chirurgi eo comodissime in vulneribus, partibus circunstantibus apposito.

Ung uentum apij.

Excrementa bubonum extergit. Utuntur eo chirugi primis diebus cum ellychinis quæ apponuntur parti internæ bubonis.

Unguentum de minio.

Est sane optimum ad ulcera exsiccanda dum medicamenta leviora non prosunt.

Unguentum pomorum.

Ad emendanda vitia labiorum, & narium valet, & ad faciem dealbandam, & illius vitia etiam emendanda.

Unguentum tutbiæ.

Valet ad oculorum inflammationes, nam repellit, & digerit.

Unguentum Apostolorum.

Facultatem hebet incindendi, & tergendi excrementa in ulceribus existentia, & eadem extrahendi, & exsiccandi humiditates. Hinc usus frequentissimus illius est in ulceribus uteri, & pudendi cacoëthibus.

Un-

Unguentum de Althæa.

Inſignem habet facultatem digerendi, unde valet ad reſolvendos humores tumorum, & aliarum partium induratarum.

Unguentum Agrippæ regis.

Reſolvit, & digerit tumores, unde in bubonibus, & in ventris tumoribus, & in hydrope utuntur eo medici.

Unguentum Cometiſſæ.

Valet ad ſiſtendas fluxiones, uteri, & alvi, roborat namque, & adſtringit, unde valet in profluvio rebelli muliebri, in contumaci diarrhœa, & in dejectionibus hepaticis.

Vnguentum contra ſcabiem.

Potentiſsimè curat ſcabiem, & pruritus.

Vnguentum aureum.

Optimum eſt ad vulnera curanda, excrementa tergenda, & humiditatem exſiccandam.

Vnguentum contra tineam.

Valet ut titulus declarat.

Vnguentum Aragon.

Habet inſignem facultatem in quibuſcumque frigidis affectibus, præſertim in colico dolore ex pituita vitrea, & alijs doloribus natis ex materia frigida.

Vn-

Unguentum martiatum.

Anodinam quandam facultatem habet; proinde ſedat dolores.

Uuguentum populeon.

Narcoticum eſt hoc unguentum, proinde refrigerat, ſomnum conciliat, in febribus ardentibus, & phreniticis prodeſt. Valet etiam ad combuſtos, & ad dolores ſedandos, ad intemperiem calidam temperandam. Empyreumatico utimur.

DE CERATIS.

Ceratum refrigerans Galeni.

GAl. 10. meth. cap.9.docet, unguentum, vel ceratum hac valde refrigerare, & humectare, valet ad hecticos, & conſumptos.

Ceratum ſantalatum.

Optimum eſt ad roborandum, & refrigerandum hepar, in dejectionibus hepaticis bilioſis, valet etiam ad intemperies calidas renum, & ad alias ſimiles.

Ceratum ex thapſia.

Utuntur medici hoc cerato in vehementiſsimis diſtillationibus ad ex ſiccandum, ad atrahendum humorem efficientem diſtillationem,

Cora-

Ceratum ſparadrap.

Frequentiſsimus eſt hujus cerati uſus in ulceribus antiquis exſiccandis

DE EMPLASTRIS.

Emplaſtrum diachylonis communis.

TEmperatiſsimum eſt, & ita uſum illius laudamus in ſcirrhis, & alis rebelibus tumoribus.

Emplaſtrum diachylonis magni.

Valet ad emolliendos, & digerendos tumores.

Emplaſtrum diapalmæ.

Valet ad curanda ulcera antiqua.

Emplaſtrum ſtomaticonis confortativi.

Optimum eſt ad roborandum ventriculum, & corrigendam intemperiem frigidam illius.

Emplaſtrum oxycroceum.

Optimus eſt hujus emplaſtri uſus in dolore contracto ex aliqua contuſione in oſsium fracturis, & diſlocationibus.

Emplaſtrum Guillermi ſervitoris.

Ad eoſdem affectus valent ad quos valet emplaſtrum oxycroceum.

Em-

Emplastrum contra conquassationem.

Habet vim digerendi ac dissipandi humorem extravasarum ex contusionibus.

Emplastrum de centaurea.

Optimum est in vulneribus capitis.

Emplastrum de palmitibus.

Valet ad extergenda, & exsiccanda excrementa, & humiditates quæ apparent in vlceribus, & præcipuè usus hujus emplastri est in ulceribus antiquis.

Emplastrum contra rupturam.

Ad hernias curandas valet hoc emplastrum; puerorum nimirum aquosas, valet etiam ad fœtum retinendum.

Emplastrum contra rupturam expelle-arietina.

Valet ad consolidandum, & uniendum peritoneum ruptum in ea regione, in quam vel omentum, vel intestina descendunt. Etiam valet ad hernias aquosas, & flatuosas. Valet denique ad curandum aneurisma.

Emplastrum contra durities.

Prodest ad emoliendos duros tumores.

Emplastrum de ranis.

Doloribus ex morbo Gallico contractis, præcipuè talparis, prodest.

Em-

Emplaſtrum diaphæniconis.

Valet ad juvandam ventriculi coctionem, ad vomitum ſiſtendum, & emendandas contumaces alvi evacuationes.

Emplaſtrum catagenum.

Optimum eſt in tumoribus gallicis in capite exiſtentibus.

Emplaſtrum de gracia Dei.

Valet ad ulcera antiqua curanda, quando alia emplaſtra non proſunt.

Emplaſtrum Apoſtolicum chirurgicum.

Eaſdem habet facultates, & ad lienis ſcirrhos.

Emplaſtrum divinum.

Eaſdem, ſed imbecilliores, habet facultates.

Emplaſtrum de geminis.

Optimum eſt ad curanda ulcera, in quibus levi occaſione apparent quotidie inflammationes.

Emplaſtrum filij Zachariæ.

Valet ad durities emolliendas, & faciliora reddit excrementa in thorace exiſtentia ad expuendum.

Em-

Emplastrum de meliloto:

Habet vim emoliend, & discutiendi flatus, & digerendi, tum etiam, & roborandi, & hinc tumoribus duriusculis ventris hepatis, & aliarum partium prodest.



HIS-

HIPPOCRATIS APHORISMORUM.

SECTIO PRIMA.

1 VITA brevis, ars verò longa, occasio autem præceps, experimentum periculosum judicium difficile. Nec solum seipsum præstare oportet, opportuna facientem, sed, & ægrum, & assedentes, & exteriora.

2 In perturbationibus ventris, & vomitibus spontinis, si talia purgentur, qualia purgari oportet, confert, & leviter ferunt: sin minus, contrà. Sic, & vasorum inanitio si talis, fiat qualis fieri debet, confert, & benè tolerant: sinminus contra. Inspicere itaque oportet, & regionem, & tempus, & ætatem, & morbos in quibus conveniat, aut non.

3 Habitus exercitatorum, qui ad summum bonitatis attingunt, periculosi, si in extremo constiterint: neque enim possunt in eodem permanere, neque quiescere. Cum verò non quiescant, neque possunt proficere in melius, reliquum est, ut decidant in deterius. His de causis, bonum habitum statim solvere expedit, ut corpus rursus nutriri in-

cipiat. Neque compressiones ad extremum ducendæ, periculosum enim: sed qualis natura fuerit ejus qui debet præferre, ad hoc ducere convenit. Sic, & evacuationes, quæ ad extremum deducunt periculosæ. Et rursus refectiones, cum extrema fuerint, periculosę.

4 Victus tenuis atque exquisitus, in morbis quidem longis semper, in acutis verò, in quibus non convenit periculosus. Et rursus qui ad extremum devenit tenuitates, gravis est. Nam, & repletiones quæ ad extremum deveniunt, graves sunt.

5 In tenuit victu ægri delinquunt, quo fit ut magis lædantur. Quicumque enim error committitur magnus, major in hoc fit quam in paulo pleniori victu. Propterea etiam sanis periculosus existit valdè exquisitus victus, & constitutus, quoniam errores gravius ferunt. Ob hoc igitur tenuis victus atque ad modum exquisitus, eo qui fit paulò plenior magis periculosus.

6 Extremis morbis, extrema exquisitè remedia optima sunt.

7 Ubi morbus paracutus est, statim extremos habet labores: & extremè tenuissimo victu utendum est. Ubi verò non, sed pleniorem victum contingit adhibere: tantum cibi indulgendum est, quanto morbus extre-

mis eſt mollior.

8 Quando morbus in ſuo vigore coſtiterit, tunc victu tenuiſsimo utendum eſt.

9 Conjectari autem oportet, an æger cum victu ſufficiat perdurare donec morbus conſiſtat, & numquid prius ille deficiat, nec poſsit cum victu perdurare: vel morbus antea deficiat atque habeteſcat.

10 Quibus igitur ſtatim morbus conſiſtit, ijs ſtatim tenuis victus adhibendus eſt: quibus verò poſterius debet conſiſtere, ijs, & in ipſo conſiſtendi tempore, & parum ante illud, cibus ſubtrahendus: prius verò uberius alendum, ut æger ſufficiat.

11 Id acceſsionibus abſtinere oportet; nam cibum dare nocuum eſt; & quibus per circuitum fiunt acceſsiones, in ipſa acceſsione abſtinere oportet.

12 Acceſsiones verò, & conſtitutiones morbi indicabunt, & anni tempora, & circuitam ſucceſsiva incrementa, ſive quotidie, ſive alternis diebus, ſive per majora intervalla fiant. Sed ex ijs quę mox apparent, indicia ſumuntur; quemadmodum in morbo laterali ſi circa inicia ſtatim ſputum appareat, morbum breviat: ſi verò poſtea appareat, producit. Et urina, & albi excrementa, & ſudores, quæcumque apparuerint, vel

bonam morborum judicationem, vel malam, vel breves, aut longos fore morbos ostendunt.

13 Senes facillimè jejunium ferunt, secundò loco qui ætatem consistentem habent, minus adolecentes, omnium minimè pueri, præsertim qui inter ipsos sunt vividiores.

14 qui crescunt plurimum habent calidi innati: plurimò igitur egent alimento: alioqui corpus absumitur. Senibus verò parum calidi innati inest, paucis propterea fomitibus egent, quia à multis extinguuntur. Hanc etiam ob causam febres senibus non similiter acutæ fiunt: frigidum enim eorum est corpus.

15 Ventres hyeme, & verè natura calidissimi sunt, & somni longissimi: quare per ea tempora alimenta copiosiora sunt exhibenda. Etenim tunc calor innatus, plurimus est: undè, & pluribus egent alimentis: indicio sunt ętates, & athletæ.

16 Victus humidus febricantibus omnibus confert, maximè verò pueris, & alijs qui tali victu uti consueverunt.

17 Et quibus semel, aut bis, & quibus plurane, an pauciora, & particulatim opor-

teat

teat offerre; conſiderandum. Condonandum autem aliquid tempori, regioni, ætati, & conſuetudini.

18 Æſtate, & autumno cibos difficilimè ferunt, hyeme facillimè: ſecundùm locum ver habet.

19 Ijs qui per circuitus acceſsiones habent, nihil dare oportet, neque cogere, ſed ſubtrahere adjectioni ante judicationes.

20 Quæ judicantur, & judicata ſunt integrè, neque movere, neque novare aliquid, ſive medicamentis, ſive aliter irritando, ſed ſinere oportet.

21 Quæ ducere oportet, quo maximè vergunt per loco conferentia, eo ducere.

22 Concocta medicari, atque movere non cruda, neque in principijs modo, non turgeant: plurimum verò non turgeant.

23 Dejectiones non multitudine ſunt æſtimandæ, ſed ſi talia deijciantur qualia conveniunt, & ægri facile tolerant. Atque ubi uſque ad animi defectionem expedit ducere, faciendum, ſi æger poſsit tolerare.

24 In acutis morbis raro, & in principijs medicinis purgantibus uti, & hoc cum præmeditatione faciendum.

25 Si qualia oportet purgari, purgentur confert, & facile ferunt: si contra difficulter.

Sectio secunda.

1 IN quo morbo, somnus laborem facit, mortale. Si verò juvat, non mortale.

2 Ubi somnus delirium sedat, bonum.

3 Somnus, atque vigilia, utrumque si modum excesserit, malum.

4 Non satietas, non fames, neque aliud quidquam, quod modum naturæ excesserit, bonum.

5 Spontaneæ lassitudines morbos prænunciant.

6 Quicumque dolentes parte aliqua corporis, omninò dolorem non sentiunt, ijs mens ægrotat.

7 Quæ longo tempore extenuantur corpora, lente reficere oportet: quæ verò brevi, breviter.

8 Si à morbo cibum assumens quis non corroboratur, pluri alimento corpus uti signi-

ſignificatur: quod ſi non aſſumenti cibum hoc accidat, ſcire oportet, quod indiget evacuatione.

9 Corpora cum quiſpiam purgare voluerit, oportet fluida facere.

10 Non pura corpora quantò plus nutries, tantò magis lædes.

11 facilius eſt impleri potu, quam cibis.

12 Quæ relinquuntur in morbis poſt indicationem, reciduas facere conſueverunt.

13 Quibuſcumque criſis, ſit ijs nox gravis ante accelsionem: quæ verò ſubſequitur, magna ex parte levior exiſtit.

14 In profluvis alvi mutationes excrementorum juvant niſi ad mala mutatio fiat.

15 Ubi faucis ægrotant, aut tubercula naſcuntur in corpore, excretiones inſpicere oportet. Nam ſi bilioſæ fuerint, corpus una ægrotat. Si verò ſimiles ſanis, tutum eſt corpus nutrire.

16 Ubi fames, laborandum non eſt.

17 Ubi cibus præter naturam plus ingeſtus eſt hic morbum facit: oſtendit autem

ſanatio.

18 Eorum quę univerſim, & velociter nutriunt, veloces quoque fiunt excretiones.

19 Acutorum morborum non omninò ſunt certa prænunciationes, aut ſalutis, aut mortis.

20 Quibus juvenibus alvus humecta eſt ijs ſeneſcentibus exicatur: Quibus verò juvenibus alvus ſicca eſt ijs ſeneſcentibus humectatur.

21 Famem vini potio ſolvit.

22 Quicunque morbi ex repletione fiunt, curat evacuatio, & quicunque ex evacuatione; repletio, & aliarum contrarietas.

23 Acuti morbi in quatuordecim diebus judicantur.

24 Septenorum quartus eſt index. Alterius ſeptimanæ octavus principium. Eſt autem, & undecimus conſiderandus ipſe enim quartus eſt ſecundæ ſeptimanæ. Rurſus vero, & decimus ſeptimus conſiderandus ipſe ſiquidem quartus eſt à quartodecimo ſeptimus verò ab undecimo.

25 Æſtivæ quartanæ magna ex parte breves, autumnales longæ, & maximè quæ hyemem attingunt.

26 Fe-

26 Febrem convulsioni supervenire melius est, quam febri convulsionem.

27 His, qui ob justam causam non levius se habent, non oportet fidere, neque multum formidare mala quæ præter rationem eveniunt. Talium enim multa stabilia non sunt neque multum durare, & permanere consuevere.

28 Febricitantium non omninò leviter parmanere corpus, & nihil minui, vel etiam plusquam ratio postulat contabescere, malum illud enim morbi longitudinem, hoc verò imbecillitatem significat.

29 Cum morbi inchoant, si quid movendum videtur, move: cum verò consistunt ac vigent, melius est quietem habere.

30 Circa initia, & fines omnia imbecilliora: circa statum verò fortiora.

31 Ejus qui à morbo cupide comedit, nihil proficere corpus malum.

32 Omnes fere qui malè se habent, circa initia cupide comedentes, nec quicquam pręficientes, ad postremum rursus cibum non apetunt: qui verò circa initia cibum valdè fastidiunt, posteà bene appetentes, ij in melius vadunt.

33 In quovis morbo mente constare, & benè se habere ad illa quæ offerunt: bo-

num

num: contra verò ſe habere malum.

34 In morbis minus periclitantur, quorum naturæ, aut ætati, aut conſuetudini, aut anni tempori magis congruit morbus, quam ubi nullis iſtorum congruit.

35 In quovis morbo, partes ad umbilicum, & imum ventrem attinentes craſsitudinem habere, melius eſt multum verò extenuari ac contabeſcere, pravum. Sed, & hoc quoque ad inferiores purgationes periculoſum.

36 Qui ſanitate corporis fruuntur, medicamenta purgantia aſſumentes, ſtatim debilitantur: & qui pravo utuntur cibo.

37 Qui corpore valent, difficulter ferunt medicationes.

38 Parum deterior potus, aut cibus, ſuavior autem, melioribus quidem, ſed minus ſuavibus, eſt præferendus.

39 Senes in venibus plurimum quidem ægrotant minus: diuturnis verò morbis correpti, fere commoriuntur.

40 Raucedines, & gravedinis in valde ſenibus coctionem non admittunt.

41 Qui frequenter ac fortiter abſque cauſa manifeſta deficiut animo, de repentè moriuntur.

42 Solve-

42 Solvere apoplexiam fortem, impoſſibile: debilem verò, non facile.

43 Qui ſuffocantur, & à vita deficiunt, nondum tamen mortui ſunt, non referuntur in vitam, quibus ſpuma circa hos apparet.

44 Quibus natura admodum craſsi ſunt citius intereunt, quam qui gracile.

45 Quicumque juvenes morbo comitiali laborant, mutatione maximè ætatis, & temporum, & locum, & victum quoque liberantur.

46 Duobus doloribus ſimul non eumdem locum infeſtantibus, vehementior alterum obſcurat.

47 Dum pus conficitur, dolores ac febres accidunt magis, quam jam confecto.

48 In omni corporis motu, ubi laborare caperit, quies ſtatim laſsitudinem aufert.

49 Conſueti ſolitos labores ferre, etſi ſint imbeciles, aut ſenes non conſuetis, fortibus, atque juvenibus faciliùs ferunt.

50 Quæ ex longo tempore conſueta ſunt, etſi deteriora ſint inſuetis minus moleſtare ſolent. Oportet igitur etiam ad inſueta tranſire.

51 Plurimum, atque repente evacuare, vel replere, vel calefacere, vel refrigerare, ſive

ve quovis alio modo corpus movere, periculosum: omne enim nimium naturæ inimicum: sed quod paulatim fit, tutum est, cum aliàs, tum cum ab altero ad alterum transitus fit.

52 Omnia secundùm rationem, facienti, si non succedat secundùm rationem, non est transeundem ad aliud, suppetente quod ab initio probaveris.

53 Quicumque alvos humidas habent, siquidem juvenes sint, in meliùs commutantur ijs qui siccas habent. Qui verò in senectute, eò deteriùs commutantur: nam senescentibus magna ex parte exsiccantur.

54 Magnitudo corporis, juventæ quidem neque indecens, neque illiberalis: senectæ verò inutilis, & deterior parvitate.

Sectio Tertia.

1 MUtationes temporum potissimum pariunt morbos: & in quibusdam temporibus magnæ, mutationes, aut frigidis, aut caloris, & alia pro ratione, eodem modo.

2 Na-

2 Naturam, aliæ quidem ad æſtatem, aliæ verò ad hyemem benè, malève ſe habent.

3 Morbi quoque alij ad alia benè, vel malè ſe habent, & quædam ætates ad temporas, & loca, & victus genera.

4 In temporibus, quando eadem die modo calor, modo frigus fit, autumnales morbos expectare oportet.

5 Auſtri auditum habetant, caliginem viſui offundunt, caput gravant, tarditatem ac languorem inducunt. Quando (igitur) invaluerint, talia in morbis accidunt. Contra ſi aquilonia ſit tempeſtas, tuſſes (vigent) faucium aſperitates, alui duræ, urinæ difficultates, horrores, coſtarum dolores, & pectoris. Quando igitur hæc viget, talia in morbis expectare oportet.

6 Quando æſtas fit uteri ſimilis, ſudores in febribus multos expectare oportet.

7 In ſiccitatibus febres acutæ fiunt. Quod ſi amplius talis pergat eſſe annus, qualem fecerit conſtitutionem, tales plurimum morbos oportet expectare.

8 In legitimis temporibus, ac convenientem ſervantibus temperaturam, morbi legitimi, & boni judicij fiunt: in intempeſtivis autem, non legitimè, & mali judicij.

9 Au-

9 Autumno morbi acutissimi; atque exitiales, maxima ex parte. Ver autem saluberrimum, & minimè exitiale.

10 Autumnus tabidis malus.

11 De temporibus siquidem hyems sicca, & aquilonia fuerit, ver verò pluviosum, & australe, necesse est æstate febres acutas fieri, & lippitudines, & intestinorum difficultates, præcipuè verò mulieribus, & viris qui natura sunt humidiores.

12 Si verò hyems australis, & pluviosa, & serena fuerit, ver autem siccum, & aquilonum, mulieres quibus partus in ver incidit, ex quacumque occasione abortiunt: quæ verò parient, imbecilles, & morbidos infantes pariunt: quare, vel statim intereunt, vel tenues, & valetudinarij vivunt. Cæteris verò mortalibus difficultates intestinorum, & lippitudines siccæ fiunt, senioribus autem destillationes, quæ citò interiment.

13 Si verò æstas sicca fuerit; & aquilonia, autumnus verò pluviosus, & australis: dolores capitis ad hyemem fiunt, & tusses, raucedinis atque gravedines, quibusdam autem, & tabes.

14 Si verò aquilonius, & siccus, ijs qui naturam habent humidiorem, & mulieribus confert: reliquis autem erunt lippitudines

sicca,

ſicca, & febres acutæ, & gravedines, nonnullis vero morbi melancholici.

15 Ex anni autem conſtitutionibus, in univerſum ſiccitates imbribus ſunt ſalubriores, & minus mortiferæ.

16 Morbi in pluviarum multitudine magna ex parte fiunt, febres longæ alvi profluvia, putredines, morbi comitiales, & apoplexiæ, & anginæ. In ſiccitatibus autem tabitudines, lippitudinis, articulorum dolores, ſtillicidia urinæ, & difficultates inteſtinorum.

17 Quotidianæ autem conſtitutiones, aquiloniæ quidem cogunt corpora, firmiora, & agiliora, coloratiora, & melius audientia faciunt, & alvos exiccant, & oculos mordent: & ſi pectus dolor aliquis prius obſederit, dolorem augent. Auſtrinæ diffundunt corpora, & humectant, auditum obtundunt, capita aggravant, & vertigines faciunt, oculis atque corporibus difficilem motum præſtant, & alves humectant.

18 Quantum ad tempora anni, vere quidem, & prima æſtate pueri, & qui hos proximè ſequuntur ætate, optimè degunt, & ſani ſunt maximè: æſtate verò, & autumno aliquatenus, ſenes: per reliquum autem autumnum, & hyemem, qui mediam ætatem

tem habent.

19 Morbi, omnes quidem in omnibus temporibus fiunt, quidam verò magis inquibusdam ipsorum, & fiunt, & exucerbantur.

20 Verè etenim furores, & morbi melancholici, & comitiales, & profluvia sanguinis, & anginæ, & gravedines, & raucedines, & lepræ, & tusses, & impetigines, & vitiligines, & pustulæ ulcerosæ plurimæ, & tubercula, & articulorum dolores.

21 Æstate autem nonnulli horum, & febres continua, & ardentes, & tertianæ febres plurimæ, & quartanæ, & vomitus, & alvi profluvia, & lippitudine, oculorum, & aurium dolores, & oris ulcerationes, & genitalium putredines, & sudores.

22 Autumno verò plurimi æstivi morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes, aqua inter cutem, & tabes, & stillicidia urinæ, & difficultates intestinorum, & coxendicum dolores, & anginæ, & asthmata, volvuli, morbi comitiales, furores, melancholiæ.

23 Hyeme verò morbi laterales, & pulmonis, inflammationes, lethargi, gravedines, atque raucedines, tusses, dolores pectoris, laterum lumborum, & capitis, vertigines, & apoplexia.

24 In

24 In ætatibus autem talia contingunt parvis, & nuper natis puerulis oris ulcera (quæ aphthæ vocantur) vomitus, tuſſes, vigiliæ, pavores, umbilici inflammationes, aurium humiditates.

25 In progreſſu verò cum jam dentire incipiunt, gingivarum prurigines, febres, convulſiones, alvi profluvia, & maximè cum caninos ædunt dentes: & ijs præſertim pueris qui craſiſsimi ſunt, & alvos duras habent.

26 Cum verò jam magis adoleverint, tonſillæ, & vertebrę que eſt in occipitio ad interiora luxationes crebri anhelitus, (quos Græci aſthmata vocant,) calculi lumbrici rotundi, aſcarides vearucæ, (quas Græci acrochordonas vocant.) ſatyriæ, ſtrangutiæ, ſtrumæ, & alia tubercula, ſed præcipuè antedicta.

27 Grandioribus autem, & jam accedentibus ad pubertatem, & plurima ex his, & febres diuturnæ magis, & ex natibus profluvia ſanguinis.


28 Plurimi autem morbi puerilis judicantur, nonnulli quidem in quadraginta diebus, nonnulli in ſeptem menſibus, nonnulli verò in annis ſeptem, quidam verò jam ad pubem accedentibus. Qui verò permanſerint, nec in pubertate finierint, puerulis, aut

fœminis cum menſtrua erumpunt, conſeneſcere conſueverunt.

29 Juvenibus autem ſanguinis ſpuitiones tabes, febres acutæ, morbus comitialis, & alij, ſed præcipuè antedicti.

30 Ultra hanc ætatem progreſsis aſthma, *id eſt, creber anhelitus*, morbi laterales, pulmonis inflammationes, lethargi, phrenitides, ardentes febres, diuturna alvi profluvia, choleræ, difficultates, & levitates inteſtinorum hæmorrhoides.

31 Senibus ſpirandi difficultate, deſtillationes cum tuſsi, urinæ ſtillicidia, urinę difficultates, articulorum dolores, & renum vertigines apoplexia, habitus corporis depravatio, pruritus totius corporis, vigiliæ: alvi, oculorum, & narium humiditates, viſus obtuſus glaucedinis, auditus graves.



Sectio Quarta.

1 UTERO gerentes ſunt medicandæ, ſi materia turget, quarto menſe, & uſque ad ſeptimum, ſed hæ minus: à juniore autem fœtu, & ſeniore abſtinere oportet.

2 In

2 In medicationibus talia, educere è corpore, qualia ſponte prodeunt, utile: quæ verò contrario modo prodeunt, cohibere oportet.

3 Si qualia oportet purgari, purgentur, confert, & leviter ferunt: contraria verò graviter.

4 Medicari æſtate ſuperiores magis hyeme verò inferiores.

5 Sub Cane, & ante Canem, difficiles ſunt medicationes.

6 Graciles, & facile vomentes, purgare ſuperius, caventes, hyemem.

7 Vomentes verò difficulter, & mediocriter carnoſos, per inferiora, caventes æſtatem.

8 Tabidos verò, caventes ſuperiora.

9 Melancholicos verò plenius per inferiora: eadem ratione contraria apponentes.

10 Medicari in valde acutis, ſi materia turget, eadem die: tardare enim in talibus, malum eſt.

11 Quibus adsũt termina, & circa umbelicum labores, & lumborum dolor, qui neque à medicamento, neque aliter ſolvitur, hydropæ ſiccus contrahitur.

12 Quorum alvi inteſtinorum lævitate

laborant: hyberno tempore per ſuperiora purgari, malum.

13 Qui non facile per ſuperiora purgantur, ad veratrum admittendi ſunt, pleniore cibo, & quiete corporibus ante potionem humectatis.

14 Cùm biberit quis helleborum, ad motiones quidem corporum ducere magis: ad ſomnos verò atque quietem minus. Indicat autem navigatio, turbari motione corpus.

15 Cum voles helleborum magis ducere, move corpus: cum verò ſiſtere, ſomnum inducito, nec moveto.

16 Carnes ſanas habentibus helleborus periculoſus: facit enim convulſionem.

17 Eum qui non febricitat, cibi faſtidium, morſus oris ventriculi, vertigo, & oris amaritudo, purgatione indigere per ſuperiora ſignificant.

18 Dolores qui ſunt ſupra præcordia, quicunque egent purgatione, medicari oportet per ſuperiora ſignificant. Quicunque autem infra ſubſiſtunt, per inferiora.

19 Qui in medicamentis purgati non ſitiunt, non ceſſant priuſquam ſitiant.

20 Non fabricantibus ſi termina acciderint, & genum gravitas, & lumborum

do-

dolor, purgari per inferiora oportere ſignificatur.

21 Dejectiones nigræ, ſanguini atro ſimiles, & ſponte procedentes, ſive cum febre, ſive ſine febre, peſsime: & quantò colores pravi fuerint plures, tanto deterius: à medicamento verò procedentes, meliores ſunt: idque quanto plures fuerint colores, non pravi.

22 Morbi quibuslibet incipientibus, ſi atrabilis, vel ſupernè, vel infernè exierit, lethale.

23 Quibuſcunque per morbos acutos, vel diuturnos, aut vulnera, aut quemvis alium modum extenuatis, nigra bilis, aut veluti ſanguis niger per inferiora ſubſederit, poſtridie moriuntur.

24 Difficultas inteſtinorum, ſi ab atrabile inceperit, lethalis eſt.

25 Sanguinem quidem ſupra ferri, qualiſcunque ſit, malum: infra autem, bonum cum viger deijcitur.

26 Difficultatem inteſtinorum habenti ſi veluti caruncula deijciantur, lethale eſt.

27 Quibus febricitãtibus ſanguinis fluxerit multitudo quacumque ex parte: cum reficiuntur, alvi ijs humectantur.

28 Quibus bilioſæ ſunt dejectiones, hæ ſuperveniente ſurditate ceſſant: & quibus ſurditas adeſt, ſupervenientibus bilioſis dejectionibus, ceſſat.

29 Quibus, febricitantibus ſexto die rigores fiunt difficile judicium ſequitur.

30 Quibuſcumque acceſsiones fiunt, quacumque hora febris dimiſerit: ſi eadem cras occupaverit, judicium habent difficile.

31 Febricitantibus laſsitudinem habentibus in articulos, & circa maxillas potiſsimum abſceſſus fiunt.

32 Quibus autem revalenſcentibus ex morbo pars aliqua dolet, ibi fiunt abſceſſus.

33 Sed ſi ante morbum aliqua pars doluerit, ibi morbus ſtatuitur.

34 Si febrem habenti ſuffocatio repentè ſupervenerit, nullo tumore in faucibus exiſtente: eſt lethale.

35 Si febrem habenti repentè collum pervertantur, ac vix poſsit devorare, non exiſtente tumore, lethale eſt.

36 Sudores febricanti ſi inceperint, boni, tertio die, & quinto, & ſeptimo, & nono, & undecimo, & quartodecimo, & ſeptimodecimo, & vigeſimoprimo, & vigeſimo-

ſimoſeptimo, & trigeſimoprimo, & trigeſimoquarto. Hi enim ſudores judicant morbos. Qui verò non ita fiunt, laborem ſignificant, & morbi longitudinem, & recidivam.

37 Frigidi ſudores, cum acuta quidem febre, mortem; cum mitiori autem, longitudinem morbi ſignificant.

38 Et qua parte corporis ſudor eſt, ibi ſignificat morbum eſſe.

39 Et qua parte corporis calor,aut frigus; ibi morbus eſt.

40 Et ubi in toto corpore mutationes fiunt,& ſi corpus refrigeretur,vel rurſus calefiat,vel color alius ex alio oriatur: longitudinem morbi ſignificat.

41 Sudor multus ex ſomno factus abſque cauſa manifeſta, corpus uti pluri cibo ſignificat: ſi verò cibum non accipienti hoc accidat, ſcire oportet, quod evacuatione indiget.

42 Sudor multus calidus, vel frigidus ſemper fluens, frigidus magis, calidus minus ſignificat morbum.

43 Febres quæcunque non intermittentes tertia die fortiores fiant, magis periculoſæ. Quocumque autem modo intermiſerint periculum abeſſe ſignificant.

44 Quos febres longæ exercent, ijs tubercula, vel labores in articulis fiunt.

45 Quibus tubercula, vel in articulis labores ex febribus accidunt, ij pleniore utuntur cibum.

46 Si rigor indicat febre non intermitente, ægro jam debili, lethale eſt.

47 Excreationes in febribus non intermittentibus, libidæ, cruentæ, fœtidæ, & bilioſæ, omnes male. Sed ſi proſpere excernuntur, ſive per alvi excretionem, ſive per urinas, bona. Si verò aliquid eorum quæ non confert excerni, per hæc loca excernitur, malum.

48 In febribus non intermittentibus, ſi partes exteriores ſint frigidæ, interiores verò utantur, & ſitim habeant, lethale eſt.

49 In febre non intermittente, ſi labrum, vel palpebra, vel ſupercilium, vel oculus, vel naſus pervertatur, vel non videat, vel non audiat, jam debili exiſtente corpore, quicquid horum evenerit, mors proxima eſt.

50 Ubi in febre non intermittente difficultas ſpirandi, & delirium acciderit, lethale.

51 In febribus, abſceſſus qui ad primas judicationes non ſolvuntur, longitudinem

nem morbi ſignificant.

52 Ijs qui in febribus, vel in alijs morbis ſponte illacrymant, nihil horribile accidit; qui verò non ſponte, horribilius.

53 Quibus circa dentes in febribus quidam lentores naſcuntur, ijs fortes fiunt febres.

54 Quibus plurimum ſiccæ tuſſes leviter irritantes in febribus ardentibus fiunt, non multum ſiti infeſtantur.

55 Ex inguinum tumoribus febres omnes malæ, præter diarias.

56 Febricanti ſudor ſuperveniens febre non deficiente, malum. Protogatur enim morbus, & multum ſignifiat humiditatem.

57 Qui à convulſione, aut diſtentione nervorum tenetur, febre ſuperveniente liberatur.

58 Febre ardente laboranti, rigore ſuperveniente, ſolutio fit.

59 Tertiana exquiſita, ſeptenis circuitibus cùm longiſsima eſt, judicatur.

60 Quibus in febribus autem obſurduerunt, ſanguinis ex naribus fluens, aut alvus, turbuata ſolvit morbum.

Qui morbi diebus paribus judicantur, malè judicantur, ac lubenter reperunt.

61 Fe-

61 Febricitantem nisi diebus imparibus febris reliquerit, solet reverti.

62 Quibus in febribus morbus regius ante diem septimum accidit, malum.

63 Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres solvuntur.

64 Quibus in febribus morbus regius septimo, vel nono, vel undecimo, vel quartodecimo supervenerit, bonum: nisi dextrum hypocondrium obduruerit: si verò non, non bonum.

65 In febribus circa ventriculum fortis, æstus, & cordis, morsus, malum.

66 In acutis febribus convulsiones, & circa viscera dolores fortes, malum.

67 In febribus, ex somnis timores, vel convulsiones, malum.

68 In febribus spiritus, offendes, malum: convulsionem enim significat.

69 Quibus adhuc febricitantibus urinæ sunt crassæ, grumosæ, paucæ, multitudo earum tenuis superveniens, juvat: præcipuè verò tales veniunt, quibus ab initio, vel non ita multo post, sedimentum inest.

70 Quibus febricitantibus urinæ sunt perturbatæ, quales sunt jumentorum, ijs dolor capitis, vel adest, vel aderit.

71 Quibus septimo die fit crisis, ijs nu-

be-

becula rubea quarto die in urina apparet, & alia ex ratione.

72 Quibus urinæ alvæ sunt, & perspicuæ malæ: præsertim verò in delitantibus apparent.

73 Quibus hypocondria suspensa murmurant, lumborum dolore superveniente, ijs alvi humectantur, nisi flatus erumpant, aut urinæ multitudo proveniat: hæc verò in febribus.

74 Quibus speratur abscessus futurus ad articulos, eos liberat absessu urina multa, crassa, & alba, qualis in laboriosis febribus quartò die quibusdam incipit fieri. Si verò etiam ex naribus fluxerit sanguis, brevi, admodum solutio fit.

75 Si sanguinem, aut pus mingat, aut renum, aut vesicæ exulcerationem significat.

76 Quibus cum urina crassa carunculæ parvæ, aut veluti capilli una exeunt, ijs à renibus exernitur.

77 Quibus cum urina crassa furfurea quædam simul exeunt, ijs vesica scabie laborat.

78 Quinque sponte sanguinem mingunt, ijs à renibus venula rupta significatur.

79 In-

79 In quorum urinis velut arenulæ ſub-ſiſtunt, ijs veſicca laborat calcule.

80 Si ſanguinem mingant, aut grumos vel ſtillicidium urinæ habeant, & dolor in imum incidad ventrem, & pectinem, ſemen, ad veſicam labor eſt.

81 Si ſanguinem, aut pus minxerit, aut ſquamulas, & gravis odor adſit, veſicæ exulceratione ſignificat.

82 Quibus in vrinaria fiſtula tubercula naſcuntur: ijs ſupuratione facta, & eruptione, ſolutio advenit.

83 Mictio noctu plurima contingens, parvam ſignificat dejectionem.

Sectio Quinta.

CONVULSIO ex helleboro, lethalis eſt.

2 Convulſio ex vulnere, lethalis eſt.

3 Ubi ſanguis plurimus fluxerit, ſingultus, aut convulſio ſuperveniens, malum.

4 Ex nimia purgatione convulſio, aut ſingultus ſuperveniens, malum.

5 Si ebrius quiſpiam repentè obmutuerit convulſus moritur, niſi febre corripiatur:

tur : aut ubi ad horam pervenerit, qua ſolvuntur crapulæ, vocem recuperet.

6 Quicunque tetano corripiuntur, in quatuor diebus pereunt : ſi verò hos effugerint, ſani fiunt.

7 Quibuſcunque morbi comitiales fiunt ante pubertatem, mutationem accipiunt: quibuſcunque autem vigeſimoquinto anno, ferè commoriuntur.

8 Quicunque morbo laterali laborantes, in quatuordecim diebus non repurgantur, ij ad ſuppurationem vertuntur.

9 Tabes fiunt præſipuè ætatibus à decimo octavo uſque ad trigeſimumquintum.

10 Quicunque ab anguina liberantur, ijs ad pulmonem vertitur, & in ſeptem diebus pereunt : ſi verò has effugerint, ſuppurantur.

11 Qui tabe moleſtantur, ſi ſputum quod extuſiunt grave olet iniectum carbonibus, & capilli à capite defluunt, lethale.

12 Quibuscunque tabe laborantibus, capilli à capite defluunt : ij alvi profluvio ſuperveniente, morientur.

13 Quicunque ſpumoſum ſanguinem expuunt, ijs è pulmone eductio fit.

14 Tabe laboranti, profluvium alvi ſuper-

perveniens, lethale.

15 Quicumque ex morbo laterali ſuppurantur, ſi in quadraginta diebus purgantur, à die qua fit ruptio, liberantur. Si verò non, ad tabem tranſeunt.

16 Calidum ubi quis ſæpius eo utitur, hæc mala affert, carnis effœminationem, nervorum imbecilitatem, mentis torporem, profluvia ſanguinis, animi defectionem: quibus mors ſucedit.

17 Frigidum autem, convulſiones, tetanos, livores, rigores febriles.

18 Frigidum, inimicum oſsibus, dentibus, veruls, cerebro, ſpinali medullæ: calidum verò utile.

19 Quæcumqne refrigerata ſunt, excalefacere oportet, exceptis ijs, quibus ſanguis fluit, aut fluxurus eſt.

20 Ulceribus frigidum quidem mordax, cutem obdurat, dolorem inſuppurabilem facit, livorem inducit, igores febriles convulſiones, tetanos.

21 Eſt autem ubi in tetano ſine ulceratione juvene bene carnoſo, æſtate media, frigidæ aquæ multa perfuſio calorem revocat. Calor autem hæc ſolvit.

22 Calidum ſuppuratorium non in omni ulcere, magnum ad ſecuritatem eſt judicium,

cium, cutem mollit, extenuat, dolorem sedat, rigores, convulsiones, & tetanos mitigat; capitis solvit gravitatem plurimum autem confert ossium fracturis, sed nudis præcipuè eorumque maximè qui in capite ulcera habent, & quæcunque à frigore moriuntur, vel ulcerantur, & herpetibus exedentibus, sedi, pudendis, utero vesicæ, his calidum amicum, & judicans, frigidum inimicum, & perimens.

23 In his frigido est utendum; unde fluit sanguis, aut fluxurus est, non ad ipsa admoto, sed circa ea unde influit: & ubicumque inflammationes, aut velut incendia quædam ad rubum, & floridum sanguine recenti tendunt: ijs ipsis admoto: nam uteribus nigredinem offert. Erysipelas etiam non ulceratum juvat: nam exulceratum lædit.

24 Frigida, qualis nix, & glacies, pectori inimica: tusses movent, sanguinis profluvium, & destillationes.

25 Tumores articulorum, atque dolores absque ulcere, podragas, & convulsiones horum plurima frigida aqua large effusa levat, & extenuat, solvitque dolorem: nam modicus torpor dolorem solvit.

26 Aqua quæ cito calet; & cito refrigeratur, levissima est.

27 Qui noctu bibere appetunt, ijs admodum sitientibus, si superdormiverint, bonum.

28 Sufficus aromatum, muliebria ducit: sæpius verò, & ad alia utilis esset, nisi capitis faceret gravitatem.

29 Gravidas purgare, turgente materià, quarto mense usque ad septimum, minus verò has. Recentiores, autem, & seniores fœtus cavere oportet.

30 Mulierem utero gerentem capiti ad aliquo morbo acuto, lethale est.

31 Mulier utero gerens, sanguine misso ex vena; abortit: & præcipuè si fœtus sit grandior,

32 Mulieri sanguinem evomenti, menstruis erumpentibus, solutio advenit.

33 Menstruis deficientibus, sanguis ex naribus fluens, bonum.

34 Mulieri in utero gerenti, si alvus plurimum profluat, periculum est ne obortiat.

35 Mulieri quæ uterinis molestatur, aut difficulter parit, superveniens sternutario, bonum.

36 Mulieri menses de colores, nec per dem semper tempus venientes, purgationem ndicant esse necessariam.

37 Mu-

37 Mulieri utero gerenti ſi mammæ graciles repente fiant, aborti.

38 Mulieri utero gerenti, & geminos habenti, ſi altera mamma gracilis fiat, alterum abortit: & ſiquidem mamma dextra gracilis fiat, marem: ſi verò ſiniſtra, fœminam.

39 Si mulier, quæ neque gravida eſt, neque peperit, lac habet: huic menſtrua defecerunt.

40 Quibuſcumque mulieribus ad mammas ſanguis colligitur, furorem ſignificat.

41 Si velis noſcere an conceperit mulier: cum dormitura eſt, ei non incœnatæ aquam multam potandam da: & ſi alvi termina patietur, concepit, ſi minus, non concepit.

42 Mulier gravida ſi marem concepit, benè colorata eſt: ſi verò fœminam, malè colorata.

43 Si mulieris gravide in utero ſit eryſipelas, lethale.

44 Quicumque præter naturam tenues exiſtentes, utero gerunt, abortiunt prius quam craſſeſcant.

45 Quæcumque mediocriter corpora habentes abortiunt ſecundo, aut tertio menſe ſine occaſione manifeſta; ijs aceta-

bula uteri plena mucoris ſunt, & non poſſunt propter pondus fœtum continere, ſed diſrumpuntur.

46 Quæcumque præter naturam craſſæ, non concipiunt utero, ijs omentum os uteri comprimit: & priùs quàm extrenuentur non concipiunt.

47 Si uterus in coxam vergens ſuppuratur, neceſſe eſt linamentum fieri.

48 Fœtus, mares quidem in dextris, fœminæ verò in ſiniſtris magis.

49 Ut ſecundæ procidant, ſternutatorio appoſito, nares comprime, & os.

Mulieri in utero habenti, teneſmus ſuperperveniens abortum facit.

50 Mulieri ſi velis menſtrua cohibere, cucurbitulam quam maximam ad mammam appone.

51 Quæ utero gerunt, ijs uteri os comprimitur.

52 Mulieri utero gerenti ſi lac multum è mammis effivat, fœtum imbecillem ſignificat; ſi verò mammæ ſolidæ fuerint, fœtum ſignificant ſaniorem.

53 Quæ corrupturæ ſunt fœtus, ijs mammæ extenuantur. Quod ſi rurſus duræ fiant, dolor, aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua infeſtabit, & non corrumpent.

54 Qui-

54 Quibus os uteri durum est, ijs uteri os comprimi est necessarium.

55 Quęcunque utero gerentes à febribus corripiuntur, & fortiter extenuantur calefiunt sine occasione manifesta difficulter pariunt, & cum periculo; aut abortum facientes periclitantur.

56 In fluxu muliebri si convulsio, & animi defectus advenerit, malum.

57 Menstruis largius fluentibus, morbi eveniunt: non fluentibus autem, ex utero morbi contingunt.

58 Rectò intestino, aut utero inflammationem paciente, & renibus purulentis urinæ advenis stillicidium; & jecinoris verò inflammationem singultus sequitur.

59 Si mulier non concipit, scire autem velis si conceptura sit, pannis circumtectam infernè suffias: & si odor videatur per corpus ire ad nares, & os, scito quod ipsa non ex se ipsa steriris est.

60 Si mulieri uterò gerenti purgationes procedant, impossibile est fœtum esse sanum.

61 Si mulieri cessent purgationes, neque febri neque rigore superveniente, & fastidia cibi incidant: judica ipsam in utero habere.

